Ed. maj. citante Hindeburgio; qui observationem hanc Cl. Fischeri retulit, sc. *formulam ὑπολ. εἶπε adhiberi, quum aliquis ita respondet, ut aliquid excipiat, et reprehendat in iis, quæ dicta sunt ab altero, neque esse pleonasticam.* V. Ind. ad Æsch. Dial. *B.*

q ὡς χαλεπὴν] Vossianus II. ὡς et ὁδὸν post βραχεῖαν omittit. Hinc vocabulum ὁδὸν suadente Ernesto seclusit Zeune.

a οἶσθα,] Clemens Alex. Strom. II. p. 406. addit deinceps ἢ τί καλὸν σκοπεῖς, deinceps vero verba ἀλλὰ πρὶν — ἐμπίμπλασαι omittit. Postea ἀναμένουσα dat Juntina.

b καὶ ἵνα μὲν] Ita Aldina, Paris. Steph. Bessario, Clemens: καὶ omittit Juntina, margo Steph. ἵνα δὲ καὶ ἡδέως, quæ est scriptura Florent. A. deinceps φάγοις Juntina dat.

c ζητεῖς] Ad refrigerandum vinum. Recondebant enim nivem et glaciem in subterraneis scrobibus ad usum conviviorum. Cf. ad Athenæi iii. p. 124. Plinii xix. c. 4. Gellii xix. 5. Macrobii Saturn. vii. 12.

d καθυπνώσῃς] Clemens κατακοιμηθῇς dedit, deinceps κλίνας μαλακὰς, ἀλλὰ καὶ τὰ ὑποβ. ταῖς κλίναις παρασκευάζῃ. quæ lectio mihi mirifice placet. Primum forma media h. l. necessaria videtur; sibi enim mollis parat non aliis vestem stragulam mollem et tapetia, in quibus pedes lectorum insistant. Deinde verba καὶ τὰς κλίνας quo pertineant, non video equidem. Si μαλακὰς repetere velis, spondarum et lecti lignum quale sit et vere dici possit μαλακὸν et mollitiæ incubantis aptum, equidem ignoro. Postea quæri potest Xenophon cur articulum addiderit vocabulo ὑπόβαθρα, adjectivum non addiderit? An μαλακὰ ex antecedenti membro repetendum et ὑπόβαθρα adjungendum? Recte vero hæc Hindeburg ex Cyrop. VIII. viii. 16. interpretatur tapetes lectorum pedibus suppositos, ne vel ingredienti vel incubanti lectus repercussu soli molestiam faciat. Verba sunt Xenophontis de luxu Persarum τὰς εὐνὰς οὐ μόνον ἀρκεῖ μαλακῶς ὑποστρώννυσθαι, ἀλλ' ἤδη καὶ τῶν κλινῶν τοὺς πόδας ἐπὶ ταπίδων τιθέασι, ὅπως μὴ ἀντερείδῃ τὸ δάπεδον, ἀλλ' ὑπείκωσιν αἱ ταπίδες. Pessime vertit Weiske: *nicht nur auf weiche teppiche bedacht bist, sondern auch weiche kussen darunter und polster unter die bettstellen legst.* Equidem κλίνας olim vocabulo στρωμνὰς veluti glossam fuisse adscriptam, deinde in ejus locum

δὲ ἀνθρώπων ἀγαθῶν ἀτιμάζῃ· τοῦ δὲ πάντων ἡδίστου ἀκούσ-
ματος, ἐπαίνου σεαυτῆς, ἀνήκοος εἶ, καὶ τοῦ πάντων ἡδίστου
θεάματος ἀθέατος· οὐδὲν γὰρ πώποτε σαυτῆς ἔργον καλὸν
τεθέασαι. Τίς δ' ἄν σοι λεγούσῃ τι πιστεύσειε; τίς δ'
ἂν δεομένῃ τινὸς ἐπαρκέσειεν; ἢ τίς ἂν εὖ φρονῶν τοῦ σοῦ
θιάσου τολμήσειεν εἶναι [h] οἳ, νέοι μὲν ὄντες, τοῖς σώμασιν
ἀδύνατοί εἰσι, πρεσβύτεροι δὲ γενόμενοι, ταῖς ψυχαῖς
ἀνόητοι· ἀπόνως μὲν λιπαροὶ διὰ νεότητος [i] φερόμενοι, ἐπι-
πόνως δὲ αὐχμηροὶ διὰ γήρως περῶντες· τοῖς μὲν πεπραγ-
μένοις αἰσχυνόμενοι, τοῖς δὲ πραττομένοις βαρυνόμενοι· τὰ
μὲν ἡδέα ἐν τῇ νεότητι διαδραμόντες, τὰ δὲ χαλεπὰ εἰς
τὸ γῆρας ἀποθέμενοι. Ἐγὼ δὲ σύνειμι μὲν θεοῖς, σύνειμι 32
δὲ ἀνθρώποις τοῖς ἀγαθοῖς· ἔργον δὲ καλὸν οὔτε θεῖον οὔτε
ἀνθρώπινον χωρὶς [k] ἐμοῦ γίγνεται. τιμῶμαι δὲ μάλιστα
πάντων καὶ παρὰ θεοῖς καὶ παρ' ἀνθρώποις [l] οἷς προσήκει·
ἀγαπητὴ [m] μὲν συνεργὸς τεχνίταις, πιστὴ δὲ φύλαξ οἴκων
δεσπόταις, εὐμενὴς δὲ παραστάτις οἰκέταις, ἀγαθὴ δὲ συλ-

immigrasse, quod in Clementis libris factum vides, aut separatim in alienum locum intrusum fuisse, ut h. l. suspicor, quare verba mihi suspecta seclusi.

e ποιῇς] Ita Castal. et Steph. pro ποιεῖς Edd. primarum, quæ deinceps δέεσθαι dant.

f καὶ ἀνδράσι] Stephanus primus τοῖς ἀνδράσι omissa copula καὶ dedit, idque factum comprobari ait versione Bessarionis Zeune, ubi est: *ipsis etiam viris ut mulieribus uteris.* Equidem antiquam lectionem teneo, quæ ingenium κακίας omne plenius reddere videtur. Amores enim et muliebres et pueriles ea quærebat in Græcia: deinde ὡς γυναιξὶ τοῖς ἀνδράσι dicere debuisse mihi videtur Xenophon, si voluisset amorem teterrimum puerorum significare. Multo vero minus respexit tribadas Xenophon, cum Κακίαν faceret mulierum usum venereum memorantem, quod visum est Schützio.

g τοὺς σαυτῆς] Juntina, Vossianus II. Florent. A. B. C. E. ἑαυτῆς dant; contra sectione sequenti Vossianus II. cum Vindob. II. ἐπαίνου σεαυτῆς dant, quod vulgato ἑαυτῆς constantiæ causa substituit Ernesti.

h οἳ, νέοι] Antecedens θιάσου collectivum vocabulum complectitur θιασώτας, quos pronomen respicit.

i φερόμενοι] Ruhnkenii correctionem cum Weiskio amplector, Zeunio vulgatum τρεφόμενοι relinquens ineptissime tuenti.

k ἐμοῦ γίγνεται] In priore Editione ex Zeunii conjectura ἐμοῦ οὐ γίγνεται dederam, quæ lectio facit orationem minime numerosam. Potius debebat esse ἐμοῦ γίγνεται οὐδέν.

l οἷς προσήκει] Leonclavius vertit *quibus par est:* Bessario *apud homines optimos:* Brodæus *a quibus laudari convenit, a bonis scilicet et integris:* quibuscum Zeune repetit ex antecedentibus τιμᾶν ἐμέ. Quæ ratio mihi durissima videtur. Schütz interpretatur: *afficior omnibus honoribus debitis,* οἷς προσήκει τιμᾶσθαι. Non miror equidem Ernestum professum: *Hoc quo pertineat et quid sit h. l. se non videre.* Mihi venit in mentem respici ad formulam ἀνδρὶ προσήκει οὐδεμιᾶς ἀρετῆς Libri IV. vi. 11. et similes; igitur Virtutem suspicor h. l. amicos suos dicens ita fere loqui παρὰ ἀνθρώποις, οἷς προσήκω, ἀγαπητὴ μὲν, etc.

m μὲν συνεργὸς] Ex Editt. pr. Paris. Brodæi, Bessarionis et Paris. I. libro

33 λήπτρια τῶν ἐν εἰρήνῃ πόνων, βεβαία δὲ τῶν ἐν πολέμῳ σύμμαχος ἔργων, ἀρίστη δὲ φιλίας κοινωνός. Ἔστι δὲ τοῖς μὲν ἐμοῖς φίλοις ἡδεῖα μὲν καὶ ἀπράγμων σίτων καὶ ποτῶν ἀπόλαυσις· ἀνέχονται γὰρ, ἕως ἂν ἐπιθυμήσωσιν αὐτῶν. Ὕπνος δὲ αὐτοῖς πάρεστιν ἡδίων ἢ τοῖς ἀμόχθοις· καὶ οὔτε [a] ἀπολείποντες αὐτὸν ἄχθονται, οὔτε διὰ τοῦτον μεθιᾶσι τὰ δέοντα πράττειν. Καὶ οἱ μὲν νέοι τοῖς τῶν πρεσβυτέρων ἐπαίνοις χαίρουσιν, οἱ δὲ γεραίτεροι ταῖς τῶν νέων τιμαῖς ἀγάλλονται· καὶ ἡδέως μὲν τῶν παλαιῶν πράξεων μέμνηνται, εὖ δὲ τὰς παρούσας ἥδονται πράττοντες, δι' ἐμὲ φίλοι μὲν θεοῖς ὄντες, ἀγαπητοὶ δὲ φίλοις, τίμιοι δὲ πατρίσιν. ὅταν δ' ἔλθῃ τὸ πεπρωμένον τέλος, οὐ μετὰ λήθης ἄτιμοι κεῖνται, ἀλλὰ μετὰ μνήμης τὸν ἀεὶ χρόνον ὑμνούμενοι θάλλουσι. Τοιαῦτά σοι, ὦ παῖ τοκέων ἀγαθῶν Ἡράκλεις, ἔξεστι διαπονησαμένῳ τὴν [b] μακαριστοτάτην εὐδαι-
34 μονίαν κεκτῆσθαι. Οὕτω πως [c] διῴκει Πρόδικος τὴν ὑπ' ἀρετῆς Ἡρακλέους παίδευσιν· ἐκόσμησε μέντοι τὰς γνώμας ἔτι μεγαλειοτέροις ῥήμασιν, ἢ ἐγὼ νῦν. Σοὶ δ' οὖν ἄξιον, ὦ Ἀρίστιππε, [d] τούτων ἐνθυμουμένῳ πειρᾶσθαί τι καὶ τῶν εἰς τὸν μέλλοντα χρόνον τοῦ βίου φροντίζειν.

Zeune revocavit γὰρ post μὲν a Stephano insertum: verum sic εἰμὶ simul fuisse addendum recte admonuit Weiske. Mihi quid de h. l. videatur, in annotatione antecedente dixi.

a ἀπολείποντες] Ita Vossianus II. Vindob. uterque et Florent. A. B. C. Ante Ernestum erat ἀπολιπόντες.

b μακαριστοτάτην] Vide annotata ad Cyrop. VII. ii. 27.

c διῴκει] Scripsi quod voluere Hemsterhuis et Ruhnken, cum vulgo διώκει legatur præsenti tempore a διώκω derivato: quod tempus etsi melius cum initio narrationis sect. 21. congruere videtur, id tamen assensum lectoris morari non debet. Sequitur enim statim ἐκόσμησε, quod præcedenti præsenti tempori διώκει multo minus congruit, quam illud διώκει verbis ἐπιδείκνυται, et ἀποφαίνεται sect. 21.

d τούτων] Refero cum Zeunio et Weiskio ad ἐνθυμουμένῳ; ad τι intellige κατά. Quid si τῶν τοῦ βίου dictum, jungas?

e Λαμπροκλέα] Socratis fuit, ut ex hoc loco patet, filius natu maximus, quem habuit ex Xanthippe; ex Myrtone Aristidis Justi filia Sophroniscum suscepit et Menexenum, qui et ab aliis vocatur Menedemus: Laërt. II. 26. Duas enim habuit uxores, si fides habenda Laërt. et Suidæ. Sunt tamen qui negent, maxime propter silentium auctorum coætaneorum, Socratisque adeo discipulorum, Platonis v. c. Xenophontis aliorumque, Socratem duas habuisse uxores. Et mihi quoque verisimilius videtur, Socratem unam tantum Xanthippen duxisse in matrimonium. v. quæ de hac re tradit Rollin. in vita Socr. T. IV. Hist. Ant. Hindeburg. Socratem Plato in Apologia sect. 23. facit dicentem: υἱεῖς τρεῖς μοι εἰσὶ, εἷς μὲν μειράκιον, δύο δὲ παιδία. In Phædone sect. 65. ἐπειδὴ δὲ ἐλούσατο καὶ ἠνέχθη παρ' αὐτὸν τὰ παιδία· δύο γὰρ αὐτῷ υἱεῖς σμικροὶ ἦσαν, εἷς δὲ μέγας· καὶ αἱ οἰκεῖαι γυναῖκες ἀφίκοντο. Idem Plato unam Xanthippem Socratis uxorem noverat; ita enim in

CAP. II.

LAMPROCLEM FILIUM MATRI IRATUM PLACAT ET PIETATIS CAUSAS DOCET.

Αἰσθόμενος δέ ποτε [e] Λαμπροκλέα, τὸν πρεσβύτατον υἱὸν
ἑαυτοῦ, πρὸς τὴν μητέρα χαλεπαίνοντα, Εἰπέ μοι, ἔφη, ὦ
παῖ, οἶσθά τινας [f] ἀνθρώπους ἀχαρίστους καλουμένους;
Καὶ μάλα, ἔφη ὁ νεανίσκος. Καταμεμάθηκας οὖν [g] τοὺς
τί ποιοῦντας τὸ ὄνομα τοῦτο ἀποκαλοῦσιν; Ἔγω γε, ἔφη·
τοὺς γὰρ εὖ παθόντας, ὅταν δυνάμενοι χάριν ἀποδοῦναι,
μὴ ἀποδῶσιν, ἀχαρίστους καλοῦσιν. Οὐκοῦν [h] δοκοῦσί σοι
ἐν τοῖς ἀδίκοις [i] καταλογίζεσθαι τοὺς ἀχαρίστους; Ἔμοι
γε, ἔφη. Ἤδη δέ ποτε ἐσκέψω, εἰ ἄρα, ὥσπερ τὸ ἀνδρα- 2
ποδίζεσθαι τοὺς μὲν φίλους ἄδικον εἶναι δοκεῖ, τοὺς δὲ πολε-
μίους δίκαιον, [k] οὕτω καὶ τὸ ἀχαριστεῖν πρὸς μὲν τοὺς
φίλους ἄδικόν ἐστι, πρὸς δὲ τοὺς πολεμίους δίκαιον; Καὶ
μάλα, ἔφη· καὶ δοκεῖ μοι, ὑφ᾽ οὗ ἄν τις εὖ παθὼν εἴτε
φίλου εἴτε πολεμίου μὴ πειρᾶται χάριν ἀποδιδόναι, ἄδικος
εἶναι. Οὐκοῦν, εἴ γε οὕτως ἔχει τοῦτο, εἰλικρινής τις ἂν εἴη 3
ἀδικία ἡ ἀχαριστία; Συνωμολόγει. Οὐκοῦν, ὅσῳ ἄν τις
μείζω ἀγαθὰ παθὼν μὴ ἀποδιδῷ χάριν, τοσούτῳ ἀδικώτερος
ἂν εἴη; Συνέφη καὶ τοῦτο. Τίνας οὖν, ἔφη, ὑπὸ τίνων

Phædone sect. 3. εἰσιόντες κατελαμβάνομεν — τὴν δὲ Ξανθίππην ἔχουσαν τε τὸ παιδίον αὐτοῦ καὶ παρακαθημένην. Ceterum in Libanii Apologia Socratis Vol. II. p. 53. ed. Reiske editum legitur: οὐκ Ἀριστοκλεῖ μητρὸς ἀμελοῦντι, διδάσκων ἡλίκα χρέα γονεῦσιν ὀφείλομεν; Ex priore Platonici Phædonis loco duxisse videntur argumentum opinionis suæ Satyrus et Hieronymus Rhodius, qui duas simul in matrimonio uxores habuisse Socratem tradiderant, narrante Diogene ii. 26. qui paulo antea Aristotelem adeo opinioni isti præscribit auctorem, cum Athenæo in Libro XIII.

f ἀνθρώπους] Paris. Codex I. omisit.

g τοὺς τί] Hæc verba in οἵους τί vel οὕς τί mutari voluit Valckenair. τοῦτο, τί conjecit Zeune; τίνας τί dedit Schütz, quam scripturam maxime equidem probaverim, quamvis τῷ pro τίνι positum, sed solum, nec sequente τί, sciam infra IV. iv. 17. et IV. v. 10.

h δοκοῦσι] Reiske δικαίως addendum censebat; Zeune post καταλογίζεσθαι intelligi volebat δεῖν: neutro opus est.

i καταλογίζεσθαι] Codex Stobæi, teste Ernesto, dat simplex λογίζεσθαι.

k οὕτω καὶ] Stephani secunda Editio οὕτω addidit, firmante versione Bessarionis et Stobæo pag. 463. Errori alieno obsecutus Ernesti εἶναι, οὕτω dederat: deinceps πρὸς τοὺς μὲν dedit Steph. sec.

εὕροιμεν ἂν μείζονα εὐεργετημένους ἢ παῖδας [a] ὑπὸ γονέων;
οὓς οἱ γονεῖς ἐκ μὲν οὐκ ὄντων ἐποίησαν εἶναι, τοσαῦτα δὲ
καλὰ ἰδεῖν καὶ τοσούτων ἀγαθῶν μετασχεῖν, ὅσα οἱ θεοὶ
παρέχουσι τοῖς ἀνθρώποις· [b] ἃ δὴ καὶ οὕτως ἡμῖν δοκεῖ
παντὸς ἄξια εἶναι, ὥστε πάντες τὸ καταλιπεῖν αὐτὰ πάντων
μάλιστα φεύγομεν. καὶ αἱ πόλεις ἐπὶ τοῖς μεγίστοις ἀδική-
μασι ζημίαν θάνατον πεποιήκασιν, ὡς οὐκ ἂν μείζονος
4 κακοῦ φόβῳ τὴν ἀδικίαν [c] παύσοντες. Καὶ [d] μή που τῶν
γε ἀφροδισίων ἕνεκα παιδοποιεῖσθαι τοὺς ἀνθρώπους ὑπολάμ-
βανε· ἐπεὶ [e] τοῦ γε τῶν ἀπολυσόντων μεσταὶ μὲν αἱ ὁδοὶ,
μεστὰ δὲ τὰ οἰκήματα. φανεροὶ δ' ἐσμὲν καὶ σκοπούμενοι ἐξ
ὁποίων ἂν γυναικῶν βέλτιστα ἡμῖν τέκνα γένοιτο, αἷς
5 συνελθόντες τεκνοποιούμεθα. [f] Καὶ ὁ μὲν ἀνὴρ τήν τε συν-
τεκνοποιήσουσαν ἑαυτῷ τρέφει, καὶ τοῖς μέλλουσιν ἔσεσθαι
παισὶ προπαρασκευάζει πάντα ὅσα ἂν οἴηται συνοίσειν αὐ-
τοῖς πρὸς τὸν βίον, καὶ ταῦτα ὡς ἂν δύνηται πλεῖστα. ἡ δὲ
γυνὴ ὑποδεξαμένη τε φέρει τὸ φορτίον τοῦτο, βαρυνομένη τε
καὶ κινδυνεύουσα περὶ τοῦ βίου, καὶ μεταδιδοῦσα τῆς τροφῆς
[g] ᾗ καὶ αὐτὴ τρέφεται, καὶ σὺν πολλῷ πόνῳ διενέγκασα
καὶ τεκοῦσα, τρέφει τε καὶ ἐπιμελεῖται, οὔτε προπεπονθυῖα
οὐδὲν ἀγαθὸν, οὔτε [h] γιγνώσκον τὸ βρέφος ὑφ' ὅτου εὖ

a ὑπὸ γονέων] Ita ex Stobæo suadente Stephano scripsit Zeune pro vulgato ἀπό.

b ἃ δὴ καὶ] Juntina ἄδικα dedit, deinceps πάντων ἄξια Stobæus.

c παύσοντες] Exspectabas παύσουσαι, sed in πόλεις intelliguntur homines in civitatem collecti et juribus civilibus conjuncti.

d μή που — ὑπολάμβανε] Vulgatum μὴν οὐ — ὑπολαμβάνοις varie tentarunt viri docti. Castalio καὶ μὲν οὐ dederat, ὑπολαμβάνεις Edd. pr. usque ad Leonclavianam, quæ prima ὑπολαμβάνοις dedit, Castalio ὑπολαμβάνει. Nostrum debetur Brodæo. μὴν in μὴ mutari voluit Zeune, μήπου cum Schützio dedi, qui ὑπολαμβάνοις tamen intactum reliquit.

e τοῦ γε] Veterum Edd. et Vindob. I. scripturam cum Schützio revocavi; recentiores τούτου γε dederunt. Utrumque per Synesin cum præcedente ἀφροδισίων ἕνεκα jungendum, quasi præcesserit τοῦ τῶν ἀφ. ἐπιθυμεῖν. Vossianus I. dat ἐπὶ τῶν ἀπολυσόντων. Supra II. i. 5. erat τῶν ἀπολυσόντων τῆς τῶν ἀφροδισίων ἐπιθυμίας.

f Καὶ ὁ μὲν] Additum deinceps γὰρ in Junt. Paris. et Stobæo, omittunt ceteræ Edd. deinceps Stobæus συντεκνοποιοῦσαν dat.

g ᾗ καὶ] Ita cum Stobæo Steph. ἧς καὶ ceteræ Edd. deinceps διενεγκοῦσα dat Stobæus.

h γιγνώσκον] Refer accusativum ad τρέφει præcedens; sequens εὖ πάσχει ex Stobæo, Paris. et Steph. est receptum pro συμπάσχει Edd. ceterarum.

i οὔτε σημαίνειν] Ita cum Ernesto dedi pro οὐδὲ, quod damnavit Hindeburg. defendunt Zeune et Schütz, hic quidem *imo ne quidem* interpretatus.

k αὐτὴ στοχαζομένη] Ita pro αὕτη ex Stobæo rescripsit Ernesti: ex eodem Stobæo articulum τὰ ante κεχαρισμένα addidit Zeune.

l νυκτὸς] Ita cum Stobæo Bessarionis

πάσχει, [i] οὔτε σημαίνειν δυνάμενον ὅτου δεῖται· ἀλλ' [k] αὐ-
τὴ στοχαζομένη τά τε συμφέροντα καὶ τὰ κεχαρισμένα
πειρᾶται ἐκπληροῦν, καὶ τρέφει πολὺν χρόνον καὶ ἡμέρας
καὶ [l] νυκτὸς ὑπομένουσα πονεῖν, [m] οὐκ εἰδυῖα τίνα τούτων
χάριν ἀπολήψεται. Καὶ οὐκ ἀρκεῖ θρέψαι μόνον, ἀλλὰ 6
καὶ, ἐπειδὰν δόξωσιν ἱκανοὶ εἶναι οἱ παῖδες μανθάνειν τι, [n] ἃ
μὲν ἂν αὐτοὶ ἔχωσιν οἱ γονεῖς ἀγαθὰ πρὸς τὸν βίον, διδάσ-
κουσιν· [o] ἃ δ' ἂν οἴωνται ἄλλον ἱκανώτερον εἶναι διδάξαι,
πέμπουσι πρὸς τοῦτον δαπανῶντες, καὶ ἐπιμελοῦνται πάντα
ποιοῦντες, ὅπως οἱ παῖδες [p] αὐτοῖς γένωνται ὡς δυνατὸν βέλ-
τιστοι. Πρὸς ταῦτα ὁ νεανίσκος [q] ἔφη· Ἀλλά τοι [r] εἰ 7
καὶ ταῦτα πάντα πεποίηκε καὶ ἄλλα τούτων πολλαπλάσια,
οὐδεὶς ἂν δύναιτο αὐτῆς ἀνασχέσθαι τὴν χαλεπότητα. Καὶ
ὁ Σωκράτης, Πότερα δὲ οἴει, ἔφη, θηρίου ἀγριότητα δυσφο-
ρωτέραν εἶναι ἢ μητρός; Ἐγὼ μὲν οἶμαι, [s] ἔφη, μητρὸς,
τῆς γε τοιαύτης. Ἤδη πώποτε οὖν ἢ δακοῦσα κακόν τί
σοι ἔδωκεν ἢ λακτίσασα, οἷα ὑπὸ θηρίων ἤδη πολλοὶ ἔπαθον;
Ἀλλὰ νὴ Δία, ἔφη, λέγει, ἃ οὐκ ἄν τις [t] ἐπὶ τῷ βίῳ 8
παντὶ βούλοιτο ἀκοῦσαι· Σὺ δὲ πόσα, ἔφη ὁ Σωκράτης,
οἴει [u] ταύτῃ δυσάνεκτα, καὶ τῇ φωνῇ καὶ [x] τοῖς ἔργοις ἐκ
παιδίου δυσκολαίνων καὶ ἡμέρας καὶ νυκτὸς, πράγματα

versio, Vatic. I. et Flor. A. scripsi. Vulgo est *νύκτας*. Quatuor accusativi continuo positi mihi ingrati esse videbantur nec eleganter positi.

m *οὐκ εἰδυῖα*] Pendere mihi participium hoc nec satis firmiter hærere præcedentibus verbis junctum videtur. Forte fuit olim *πολὺν μὲν χρόνον — οὐκ εἰδυῖα δὲ*: deinceps Stobæus et Brodæi liber *εἴ τινα τούτων* dat.

n *ἃ μὲν ἂν*] Edd. pr. et Paris. *ἂν* omittunt; deinceps *ἔχουσιν* Paris. pro *ἔχωσιν* dat.

o *ἃ δ' ἂν*] Ita Paris. Stobæus et Steph. *ἀλλ' ἂν* Edd. pr. sequens *εἶναι* omisit Stobæus.

p *αὐτοῖς γένωνται*] Margo Leoncl. et Steph. *αὐτοῖς ἀγαθοὶ γένωνται καὶ ὡς δυνατὸν βέλτιστοι.*

q *ἔφη*] Stobæus et Vatic. I. *εἶπεν*. Post *πεποίηκε* vel ante debet intelligi *ἡ μήτηρ*, quod Lamproclis animus commotior omisit.

r *εἰ καὶ ταῦτα*] Ita cum Vossiano I. Zeune et Schütz: antea *καὶ* deerat. Vatic. I. dat *εἰ πάντα ταῦτα.*

s *ἔφη, μητρὸς*] Cum Stobæo articulum *τῆς* ante *μητρὸς* omisi, quod in sententia generali ferri non potest: ad suam vero matrem Lamprocles mox speciatim accommodat sententiam verbis *τῆς γε τοιαύτης*. Igitur post *μητρὸς* incisum posui.

t *ἐπὶ τῷ βίῳ παντὶ*] Formulam rariorem varie tentarunt vel explicarunt viri docti. Nuper demum Weiske post *τις* addi voluit *δὶς*, interpretatus *die man in seinem ganzen leben nicht wieder hören möchte.* Plane geminus locus Cyrop. III. i. 43. *ἐπὶ πόσῳ ἂν ἐθέλοις τὴν γυναῖκά σου ἀκοῦσαι ὅτι σκευοφορεῖς*; vulgatam satis defendit et interpretatur. Plato Apologiæ 32. *ἐπὶ πόσῳ ἄν τις δέξαιτ' ἂν*;

u *ταύτῃ*] Ernesti malebat *αὐτῇ* scriptum: recte.

x *τοῖς ἔργοις*] Deinceps *παρασχεῖν* in-

παρασχεῖν; πόσα δὲ λυπῆσαι κάμνων; Ἀλλ' οὐδεπώποτε αὐτὴν, ἔφη, οὔτ' εἶπα οὔτ' ἐποίησα οὐδὲν, ἐφ' ᾧ [a] ᾐσχύνθη.

9 [b] Τί δ'; οἴει, ἔφη, χαλεπώτερον εἶναί σοι ἀκούειν ὧν αὐτὴ λέγει, ἢ τοῖς ὑποκριταῖς, ὅταν ἐν ταῖς τραγῳδίαις ἀλλήλους τὰ ἔσχατα λέγωσιν; Ἀλλ', οἶμαι, ἐπειδὴ οὐκ οἴονται τῶν λεγόντων οὔτε [c] τὸν ἐλέγχοντα ἐλέγχειν ἵνα ζημιώσῃ, οὔτε τὸν ἀπειλοῦντα ἀπειλεῖν ἵνα κακόν τι ποιήσῃ, ῥᾳδίως φέρουσι. Σὺ δ' εὖ εἰδὼς, [d] ὅτι, ἃ λέγει σοι ἡ μήτηρ, οὐ μόνον οὐδὲν κακὸν νοοῦσα λέγει, [e] ἀλλὰ καὶ βουλομένη σοι ἀγαθὰ εἶναι ὅσα οὐδενὶ ἄλλῳ, χαλεπαίνεις; ἢ νομίζεις

10 κακόνουν τὴν μητέρα σοι εἶναι; Οὐ δῆτα, ἔφη, τοῦτό γε οὐκ οἴομαι. Καὶ ὁ Σωκράτης, οὐκοῦν, ἔφη, σὺ [f] ταύτην, εὔνουν τέ σοι οὖσαν καὶ [g] ἐπιμελομένην ὡς μάλιστα δύναται κάμνοντος, ὅπως ὑγιανεῖς τε καὶ ὅπως τῶν ἐπιτηδείων μηδενὸς ἐνδεὴς ἔσῃ, καὶ πρὸς τούτοις, πολλὰ τοῖς θεοῖς [h] εὐχομένην ἀγαθὰ ὑπὲρ σοῦ, καὶ εὐχὰς ἀποδιδοῦσαν, χαλεπὴν εἶναι φῄς; ἐγὼ μὲν οἶμαι, εἰ τοιαύτην μὴ δύνασαι φέρειν μητέρα,

11 τἀγαθά σε οὐ δύνασθαι φέρειν. Εἰπὲ [i] δέ μοι, ἔφη, πότερον ἄλλόν τινα οἴει δεῖν θεραπεύειν; ἢ παρεσκεύασαι μηδενὶ

serebat Reiske, et sequens παρασχεῖν mutabat in παρασχών. Senserat scilicet vir egregius in vulgari lectione concinnitatem solitam Xenophontis desiderari, et vocabulum δυσάνεκτα partim ineptum esse, partim nimis longe disjunctum a πράγματα. Voluit incommodo mederi Hindeburg, qui δυσάνεκτα adverbii loco habens verbo δυσκολαίνων adjungebat: quem sequitur Schütz. Mihi scribendum videtur δυσάνεκτα ποιῆσαι, καὶ τῇ φ. καὶ τ. ἔργοις ἐκ π. δυσκολαίνων, καὶ ἡμ. κ. νυκτὸς πράγματα παρασχών;

a ᾐσχύνθη] Stobæus et libri Brodæi ᾐσχύνθην dant, unde Edwards conjecit scribendum ἐφ' ᾧ ἂν αἰσχυνθείην. Stobæi scripturam probavit etiam Hindeburg.

b Τί δέ;] Stobæus dat Atticum Τί δαί; receptum a Schützio: pejus deinceps ἀλλήλοις.

c τὸν ἐλέγχοντα ἐλέγχειν] Brodæus malebat τὸν λέγοντα λέγειν. quam correctionem pessime interpretatus est Zeune, quasi Brodæus verba τῶν λεγόντων sic voluerit mutari.

d ὅτι ἃ λέγει] Ex Stobæo ἃ inseruit Steph. ὅτι λέγει ὃ Castalio dedit, Stephanus ὅτι λέγει. Bessario vertit *quod quicquid mater dicit*. Edd. pr. ὅτι λέγει dant: Romana ὡς ὅτι λέγει, monente Schützio.

e ἀλλὰ καὶ] Juntina verba καὶ βουλομένη σοὶ, deinceps ἄλλῳ omisit. Pro ὅσα Stobæus οἷα habet, deinde τοῦτο δ' οὐκ οἶμαί γε.

f ταύτην] Edd. pr. et Paris. σοὶ ταύτην: verum Castalio cum Stobæo dedit, unde recepi.

g ἐπιμελομένην] Stobæus ἐπιμελουμένην dat, et pro vulgato deinceps ὑγιαίνῃς habet ὑγιανῇς, quod in ὑγιανεῖς propter sequens ἔσῃ mutavi. οὐδενὸς ἔσῃ dat Paris. Codex III.

h εὐχομένην ἀγαθὰ] Posterius vocabulum cum Ernesto damnat Zeune, defendit cum Hindeburgio Schütz: mihi etiam propter sequens εὐχὰς ἀποδιδοῦσαν servandum videtur.

i δέ μοι] Stobæus δή μοι dat.

k μηδ' ἔπεσθαι] Cum Stobæo plane omitti velim, quæ seclusi. Contra cum

ἀνθρώπων πειρᾶσθαι ἀρέσκειν, ([k] μηδ' ἕπεσθαι) μήτε πείθεσ-
θαι μήτε στρατηγῷ μήτε ἄλλῳ ἄρχοντι; [l] Ναὶ μὰ Δία
ἔγωγε, ἔφη. Οὐκοῦν, ἔφη ὁ Σωκράτης, καὶ τῷ γείτονι 12
[m] βούλει σὺ ἀρέσκειν, ἵνα σοι καὶ πῦρ ἐναύῃ, ὅταν τούτου
δέῃ, καὶ ἀγαθοῦ τέ σοι γίγνηται συλλήπτωρ, καὶ, ἄν τι
σφαλλόμενος τύχῃς, εὐνοϊκῶς ἐγγύθεν βοηθῇ σοι; Ἔγωγε,
ἔφη. Τί δέ; συνοδοιπόρον ἢ σύμπλουν, ἢ εἴ τῳ ἄλλῳ
ἐντυγχάνοις, οὐδὲν ἄν σοι διαφέροι φίλον ἢ ἐχθρὸν γενέσθαι,
ἢ καὶ τῆς παρὰ τούτων εὐνοίας οἴει δεῖν ἐπιμελεῖσθαι; Ἔγω
γε, ἔφη. Εἶτα τούτων μὲν ἐπιμελεῖσθαι παρεσκευάσαι, τὴν 13
δὲ μητέρα τὴν πάντων μάλιστά σε φιλοῦσαν οὐκ οἴει δεῖν
θεραπεύειν; οὐκ οἶσθα, ὅτι καὶ ἡ πόλις ἄλλης μὲν [n] ἀχα-
ριστίας οὐδεμιᾶς ἐπιμελεῖται, οὐδὲ δικάζει, ἀλλὰ περιορᾷ
τοὺς εὖ πεπονθότας χάριν οὐκ ἀποδιδόντας· ἐὰν δέ τις
[o] γονέας μὴ θεραπεύῃ, τούτῳ δίκην τε ἐπιτίθησι, καὶ ἀπο-
δοκιμάζουσα οὐκ ἐᾷ [p] ἄρχειν τοῦτον, ὡς οὔτε ἂν τὰ ἱερὰ
εὐσεβῶς [q] τὰ θυόμενα ὑπὲρ τῆς πόλεως τούτου θύοντος,
οὔτε ἄλλο καλῶς καὶ δικαίως οὐδὲν ἂν τούτου πράξαντος;
Καὶ νὴ Δία ἐάν τις τῶν γονέων τελευτησάντων τοὺς [r] τάφους

Stephano (et Juntina) verba sequentia *μήτε πείθεσθαι* damnata seclusit Zeune, omisit Schütz, quasi *πείθεσθαι* sit glossema verbi *ἕπεσθαι*. Sed licet sectari aliquem, cui placere quidem velis, minime vero imperanti obedire. Posuit Socrates geminum exemplum hominis, qui sponte aliquem sectatur, cui placere vult, aliusque, quem officium obedire cogit imperanti. Nemo est, qui utrumque vitare possit, pauci alterum effugiunt.

l *Ναὶ μὰ Δία ἔγωγε*] In hujusmodi responsionibus, quæ ad duo contraria membra referuntur, e sensu colligendum est, cujus membri verbum repetendum sit. Hic semper *ἀπὸ κοινοῦ* verbum repetendum est melioris membri, ut hic: *οἶμαι δεῖν θεραπεύειν*. *E*. Vid. ad I. iv. 2.

m *βούλει σὺ*] Ita Castal. Paris. Steph. libri Brodæi; ceteræ Edd. cum Vindob. I. *βούλει σοι* dant, Vindob. II. cum Stobæo et Paris. I. iii. *βουλήσῃ*. Postea *βοηθήσει* habet Stobæus.

n *ἀχαριστίας*] Cf. Cyropædiæ I. ii. 7.

o *γονέας μὴ θεραπεύῃ*] Ex lege Solonis. Cf. Pollux Onom. viii. 6. Porphyrius de Abstinentia Carn. iv. 22. Casaubonus ad Theophrasti Char. vi. 2.

p *ἄρχειν*] I. e. archontem esse, ut ex *ἀρχόντων δοκιμασίαις* arguit Hindeburg.

q *τὰ θυόμενα*] Vulgo articulus deest, quem inserui, ne majorem vim verbis inferre cogerer. In vulgata lectione et distinctione *ὡς οὔτε ἂν τὰ ἱερὰ εὐσεβῶς θυόμενα ὑπὲρ τῆς πόλεως, τούτου θύοντος*, Ernesti, quem sequitur Schütz, accusativos consequentiæ putat esse *τὰ ἱερὰ θυόμενα*, contra in altero membro *οὔτε ἄλλο πράξαντος* genitivos. Quæ variatio magnam orationi duritiam videtur afferre. Reiske post *οὐδὲν ἂν* inseri voluit *πραττόμενον*, cui obsecutus est Zeune. Hindeburg *οὐδὲν ὂν τούτου πράξαντος* conjecit; sed *ἂν* abesse non potest. Gesnerus in Chrestomathia recte *εὐσεβῶς* jungebat verbis *τούτου θύοντος*, sed omisit monere ita articulum accedere debere participio *θυόμενα*.

r *τάφους μὴ κοσμῇ*] Epigramma *Στήλην μητρυιῆς, μικρὸν λίθον, ἔστεφε κοῦρος, ὡς βίον, ἠλλάχθαι καὶ τρόπον οἰόμενος*, quod exstat

μὴ κοσμῇ, καὶ τοῦτο ἐξετάζει ἡ πόλις ἐν ταῖς τῶν ἀρχόντων
14 [a] δοκιμασίαις. [b] Σὺ οὖν, ὦ παῖ, ἂν σωφρονῇς, τοὺς μὲν θεοὺς [c] παραιτήσῃ συγγνώμονάς σοι εἶναι, εἴ τι παρημέληκας τῆς μητρὸς, μή σε [d] καὶ οὗτοι, νομίσαντες ἀχάριστον εἶναι, οὐκ ἐθέλωσιν εὖ ποιεῖν· τοὺς δὲ ἀνθρώπους [e] αὖ φυλάξῃ, μή σε αἰσθόμενοι τῶν γονέων ἀμελοῦντα [f] πάντες ἀτιμάσωσιν, κᾆτα ἐν ἐρημίᾳ φίλων ἀναφανῇς. εἰ γάρ σε ὑπολάβοιεν πρὸς τοὺς [g] γονέας ἀχάριστον εἶναι, οὐδεὶς ἂν νομίσειεν εὖ σε ποιήσας χάριν ἀπολήψεσθαι.

CAP. III.

FRATRES INVICEM SIBI IRATOS PLACAT, ET CONCORDIAM COMMENDAT SOCRATES.

[h] Χαιρεφῶντα δέ ποτε καὶ Χαιρεκράτην, ἀδελφὼ μὲν ὄντε ἀλλήλοιν, ἑαυτῷ δὲ γνωρίμω, αἰσθόμενος διαφερομένω, ἰδὼν τὸν Χαιρεκράτην, Εἰπέ μοι, ἔφη, ὦ Χαιρέκρατες, οὐ δήπου καὶ σὺ εἶ τῶν τοιούτων ἀνθρώπων, οἳ [i] χρησιμώτερον νομίζουσι χρήματα ἢ [k] ἀδελφόν; καὶ ταῦτα, τῶν μὲν ἀφρόνων ὄντων, τοῦ δὲ φρονίμου· καὶ τῶν μὲν βοηθείας δεο-

in Analectis Brunckii III. p. 242. no. 432. comparavit Ernesti.

a δοκιμασίαις] Id examen eorum, qui Archontes fieri volebant, cum in senatu instituebatur, ἀνάκρισις, eum in foro, δοκιμασία dicebatur, auctore Polluce viii. 44.

b Σὺ οὖν,] Priscianus Putschii p. 1198. laudat ex h. l. σὺ μὲν οὖν — σωφρονήσεις. Stobæus ἐὰν σωφρονῇς.

c παραιτήσῃ] Stobæus παραστήσεις dat; sed vulgatam lectionem ex h. l. retulit Zonaras in Lexicon MS. quod ad h. l. laudavit Ruhnken.

d καὶ οὗτοι] Copulam omisit Juntina cum Stobæo.

e αὖ φυλάξῃ] Edd. pr. Paris. et Stobæus οὐ φυλάξῃ dant; αὖ ex Castal. revocavit Zeune: Bessarion *quoque* vertit. Neutrum habet Stephani Editio.

f πάντες] Stobæi exemplaria quædam πάντη habent: sequens κᾆτα debes Zeunio pro vulgata εἶτα.

g γονέας] Vulgatum γονεῖς correxit Zeune.

h Χαιρεφῶντα] Inter reditum Thrasybuli in urbem et Socratis mortem, Olympiadis 95 anno 2 mortuum, fratre superstite, testatur Platonica Socratis Apologia c. 6.

Chærephon et Chærecrates, fratres, supra I. ii. 48. in Socratis discipulis numerantur, eorumque et alibi, Chærephontis præsertim, apud Socraticos mentio fit. Argumenta, quibus h. l. fratres, inimicitias exercentes, placare studet Socrates, quanquam non eadem sunt, tamen pari suavitate animum afficiunt, ac quibus fratrum caritatem et concordiam commendat, et quæ inde sit expectanda utilitas, ostendit Cyrus moriens in Cyrop. VIII. vii. 8. seqq. (pag. 650. Hutch. Ed. maj.) Hindeb. Cæterum totum hoc caput descripsit Stobæus Serm. lxxxii. *B.*

i χρησιμώτερον] Intellige χρῆμα vel simile vocabulum.

μένων, τοῦ δὲ βοηθεῖν δυναμένου· καὶ πρὸς τούτοις, τῶν
μὲν πλειόνων ὑπαρχόντων, τοῦ δὲ ἑνός. Θαυμαστὸν δὲ καὶ 2
τοῦτο, εἴ τις τοὺς μὲν ἀδελφοὺς ζημίαν ἡγεῖται, ὅτι οὐ καὶ
τὰ τῶν ἀδελφῶν κέκτηται, τοὺς δὲ πολίτας οὐχ ἡγεῖται
ζημίαν, ὅτι οὐ καὶ τὰ τῶν πολιτῶν ἔχει, ἀλλ' ἐνταῦθα μὲν
δύναται λογίζεσθαι, ὅτι κρεῖττον σὺν πολλοῖς οἰκοῦντα
ἀσφαλῶς [l] τἀρκοῦντα ἔχειν, ἢ μόνον διαιτώμενον τὰ τῶν
πολιτῶν ἐπικινδύνως πάντα κεκτῆσθαι· ἐπὶ δὲ τῶν ἀδελφῶν
τὸ αὐτὸ τοῦτο [m] ἀγνοοῦσι. Καὶ οἰκέτας μὲν οἱ δυνάμενοι 3
ὠνοῦνται, ἵνα συνεργοὺς ἔχωσι, καὶ φίλους κτῶνται, ὡς
βοηθῶν δεόμενοι· τῶν δὲ ἀδελφῶν ἀμελοῦσιν, [n] ὥσπερ ἐκ πολι-
τῶν μὲν γιγνομένους φίλους, ἐξ ἀδελφῶν δὲ οὐ γιγνομένους.
Καὶ μὴν πρὸς φιλίαν μέγα μὲν ὑπάρχει τὸ ἐκ τῶν αὐτῶν
φῦναι, μέγα δὲ τὸ ὁμοῦ τραφῆναι· ἐπεὶ καὶ τοῖς θηρίοις
πόθος τις ἐγγίγνεται τῶν συντρόφων. πρὸς δὲ τούτοις καὶ οἱ
ἄλλοι ἄνθρωποι τιμῶσί τε μᾶλλον τοὺς συναδέλφους ὄντας
τῶν ἀναδέλφων, καὶ ἧττον τούτοις ἐπιτίθενται. Καὶ ὁ 4
Χαιρεκράτης εἶπεν· Ἀλλ' εἰ μέν, ὦ Σώκρατες, μὴ μέγα
εἴη τὸ διάφορον, ἴσως ἂν δέοι φέρειν τὸν ἀδελφόν, καὶ μὴ
[o] μικρῶν ἕνεκα φεύγειν· ἀγαθὸν γάρ, ὥσπερ καὶ σὺ λέγεις,
ἀδελφός, ὢν οἷον δεῖ· ὁπότε μέντοι [p] παντὸς ἐνδέοι, καὶ πᾶν

k ἀδελφὸν] Editio Paris. et ex Stephani conjectura Welsiana, hoc recte vulgato ἀδελφοὺς prætulit. Ernestum lectionem vulgatam defendentem audirem, nisi τοῦ δὲ φρονίμου sequeretur cum duobus membris similibus, præcipue illud τοῦ δὲ ἑνός. Exempla cum hoc loco comparata a viro docto plane sunt aliena. Ceterum post ἀδελφοὺς multa excidisse suspicatus est Weiske. Verba enim τῶν μὲν ἀφρόνων ὄντων ad χρήματα minus apte referri, quam si putes mentionem jumentorum, armentorum et pecorum antecessisse: in qua quidem suspicione admiror acumen et sagacitatem viri docti. Quod vero idem ait nimis abruptam esse Socratis orationem nec ex Chærecratis responsione aliqua aptam, nec justa narratione de causa simultatis fratrum lectorem præparatum in medium quasi actum proripi, nullam potest habere vim ad suspicionem viri docti confirmandam. Ipse enim bene animadvertit capite antecedente plane eadem ratione sect. 7. non exspectatæ sed prævisæ patris objurgationi occurrere Lamproclem: Ἀλλά τοι εἰ καὶ ταῦτα πάντα πεποίηκε, intellecto ἡ μήτηρ, cujus tamen mentio nondum facta fuerat.

l τἀρκοῦντα] Ex Zeunii sententia articulum addidi, quod fecit etiam Schütz.

m ἀγνοοῦσι] Cum præcesserit εἴ τις δύναται, non mirum nec inusitatum est sequi pluralem verbi numerum. Comparavit Hindeburg et Zeune Nostri Hieronem iv. 2: v. 4. Cyrop. IV. v. 39. VII. iv. 5. Igitur Stephani et Reiskii conjecturis non opus est.

n ὥσπερ] Usitatius cum accusativis ejusmodi ὡς simplex copulatur.

o μικρῶν] Editionis Paris. μικροῦ Bessario expressit.

p παντὸς ἐνδέοι] Ernestianus Index interpretatur *plane deest officio:* quem errorem recte notavit Weiske comparans

τὸ ἐναντιώτατον εἴη, [a] τί ἄν τις ἐπιχειροίη τοῖς ἀδυνάτοις;
6 Καὶ ὁ Σωκράτης ἔφη· Πότερα δὲ, ὦ Χαιρέκρατες, οὐδενὶ ἀρέσαι δύναται Χαιρεφῶν, ὥσπερ οὐδέ σοι, ἢ ἔστιν οἷς καὶ πάνυ [b] ἀρέσκει; Διὰ τοῦτο γάρ τοι, ἔφη, ὦ Σώκρατες, ἄξιόν ἐστιν [c] ἐμὲ μισεῖν αὐτὸν, ὅτι ἄλλοις μὲν ἀρέσκειν δύναται, ἐμοὶ δὲ, ὅπου ἂν παρῇ, πανταχοῦ καὶ ἔργῳ καὶ
7 λόγῳ ζημία μᾶλλον ἢ ὠφέλειά ἐστιν. Ἆρ' οὖν, ἔφη ὁ Σωκράτης, ὥσπερ ἵππος τῷ ἀνεπιστήμονι μὲν ἐγχειροῦντι δὲ χρῆσθαι ζημία ἐστὶν, οὕτω καὶ ἀδελφὸς, ὅταν τις αὐτῷ μὴ
8 ἐπιστάμενος ἐγχειρῇ χρῆσθαι, ζημία ἐστί; [d] Πῶς δ' ἂν ἐγὼ, ἔφη ὁ Χαιρεκράτης, ἀνεπιστήμων εἴην ἀδελφῷ χρῆσθαι, ἐπιστάμενός γε καὶ εὖ λέγειν τὸν εὖ λέγοντα, καὶ εὖ ποιεῖν τὸν εὖ ποιοῦντα; τὸν μέντοι καὶ λόγῳ καὶ ἔργῳ πειρώμενον ἐμὲ ἀνιᾶν, οὐκ ἂν δυναίμην οὔτ' εὖ λέγειν, οὔτ' εὖ ποιεῖν,
9 ἀλλ' οὐδὲ πειράσομαι. Καὶ ὁ Σωκράτης ἔφη· Θαυμαστά γε λέγεις, ὦ Χαιρέκρατες, [e] εἰ κύνα μὲν, εἰ σοὶ ἦν ἐπὶ προβάτοις ἐπιτήδειος, καὶ τοὺς μὲν ποιμένας ἠσπάζετο, σοὶ δὲ προσιόντι ἐχαλέπαινεν, [f] ἀμελήσας ἂν τοῦ ὀργίζεσθαι ἐπειρῶ εὖ ποιήσας πραΰνειν ([g] αὐτόν)· [h] τὸν δὲ ἀδελφὸν φῂς μὲν [i] μέγα ἂν ἀγαθὸν εἶναι, ὄντα πρός σε οἷον δεῖ, ἐπίστασθαι δὲ ὁμολογῶν καὶ εὖ ποιεῖν καὶ εὖ λέγειν, οὐκ ἐπιχειρεῖς
10 μηχανᾶσθαι, ὅπως σοι ὡς βέλτιστος [k] ἔσται; Καὶ ὁ Χαι-

πολλοῦ ἐνδεῖ ex Platonico Alcibiade II. p. 92. Similes sunt formulæ μικροῦ, πολλοῦ δεῖ.

a τί ἄν τις] Edd. pr. et Paris. τί omittunt; hinc Castal. τίς ἂν ἐπιχειροίη.

b ἀρέσκει] Hoc vulgato ἀρέσκη ex Castal. Paris. et Stobæo prætulit Zeune.

c ἐμὲ μισεῖν] Edd. pr. Paris. et Stobæus ἐμοὶ μισεῖν habent; deinde idem Stobæus cum Bessarionis versione præferunt λόγῳ καὶ ἔργῳ. Vocabulum πανταχοῦ omisit Codex Paris. I.

d Πῶς δ'] Refertur ad id, quod reticetur, quasi Socrates plane dixisset ipsum Chærecratem nescire fratre uti, cum ille hoc innuat tantum. Sed adolescens id animo præcipiens, mox sese acerrime excusat. Similis est Euthydemi responsio, in IV. ii. 12. *B.*

e εἰ κύνα μὲν] Juntina cum Aldina εἰ κύων μὲν σοὶ ἦν. Parisina εἰ κὺν μὲν σοὶ ἦν. Stephani lectionem comprobat Vaticanus I. cum Florent. A. C. E. εἰ κῦν σοι μὲν σοὶ — ἐπιτήδειος ὢν Stobæus cum Parisina dat, et ἐπιτήδειος ὢν offerunt Vaticanus I. et Florentini libri B. C. E. Mihi nec vulgata lectio, nec quod libri scripti offerunt, placet; retenta enim veterum Edd. scriptura malim inserere ὃς et locum ita refingere: Θαυμαστά γε λέγεις, ὦ Χαιρέκρατες, ὃς, εἰ κύων μὲν σοὶ ἦν ἐπὶ προβάτοις ἐπιτήδειος, καὶ τοὺς μὲν et cetera. Exemplum canis si antea jam appositum fuisset a Socrate, vulgatam probarem.

f ἀμελήσας] Stobæus ἠμέλησας habet, quo probato deinceps καὶ ἐπειρῶ scribendum erit. Sed ἂν pertinet ad sequens ἐπειρῶ.

g αὐτὸν] Cum scripturam vulgatam intentatam reliquerim, secludendum erat pronomen, quod ad alteram lectionem εἰ

ρεκράτης, [l] Δέδοικα, ἔφη, ὦ Σώκρατες, μὴ οὐκ ἔχω ἐγὼ
τοσαύτην σοφίαν, ὥστε Χαιρεφῶντα ποιῆσαι πρὸς ἐμὲ οἷον
δεῖ. Καὶ μὴν οὐδέν γε ποικίλον, ἔφη ὁ Σωκράτης, οὐδὲ
καινὸν δεῖ ἐπ' αὐτὸν, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, [m] μηχανᾶσθαι· οἷς δὲ
καὶ σὺ ἐπίστασαι αὐτὸς, οἶμαι ἂν αὐτὸν ἁλόντα περὶ πολ-
λοῦ ποιεῖσθαί σε. Οὐκ ἂν φθάνοις, ἔφη, λέγων, εἴ τι ᾔσθη- 11
σαί με [n] φίλτρον ἐπιστάμενον, ὃ ἐγὼ εἰδὼς λέληθα ἐμαυτόν;
Λέγε δή μοι, ἔφη, εἴ τινα τῶν γνωρίμων βούλοιο κατεργά-
σασθαι, ὁπότε θύοι, καλεῖν σε ἐπὶ δεῖπνον, [o] τί ἂν ποιοίης;
Δῆλον ὅτι κατάρχοιμι ἂν τοῦ αὐτὸς, ὅτε θύοιμι, καλεῖν
ἐκεῖνον. Εἰ δὲ βούλοιο τῶν φίλων τινὰ προτρέψασθαι, ὁπότε 12
ἀποδημοίης, ἐπιμελεῖσθαι τῶν σῶν, τί ἂν ποιοίης; Δῆλον
ὅτι πρότερος ἂν ἐγχειροίην ἐπιμελεῖσθαι τῶν ἐκείνου, ὁπότε
ἀποδημοίη. Εἰ δὲ βούλοιο ξένον ποιῆσαι ὑποδέχεσθαι σεαυ- 13
τὸν, ὁπότε ἔλθοις εἰς [p] τὴν ἐκείνου, τί ἂν ποιοίης; Δῆλον
ὅτι καὶ τοῦτον πρότερος ὑποδεχοίμην ἂν, ὁπότε ἔλθοι Ἀθή-
ναζε. καὶ εἴ γε βουλοίμην [q] αὐτὸν προθυμεῖσθαι διαπράττειν
μοι, ἐφ' ἃ ἥκοιμι, δῆλον ὅτι καὶ τοῦτο δέοι ἂν πρότερον
[r] αὐτὸν ἐκείνῳ ποιεῖν. Πάντ' ἄρα σύ γε τὰ ἐν ἀνθρώποις 14
φίλτρα ἐπιστάμενος πάλαι ἀπεκρύπτου. ἢ ὀκνεῖς, ἔφη, ἄρξαι,
μὴ [s] αἰσχρὸς φανῇς, ἐὰν πρότερος τὸν ἀδελφὸν εὖ ποιῇς;
καὶ μὴν πλείστου γε δοκεῖ ἀνὴρ ἐπαίνου ἄξιος εἶναι, ὃς ἂν

κύων μὲν σοὶ ἦν pertinet, propterea damnatum etiam a Schützio.

h τὸν δὲ ἀδελφὸν φῇς] Cum Ernesto Interpretes reliqui scripserunt ἀδελφὸν, ὃν φῇς, ut est in Stobæo MS. putantes sine hoc fulcro constructionem non constare, τὸν ἀδελφὸν οὐκ ἐπιχειρεῖς — ὃν φῄς. Alioquin deberet etiam sequi καὶ οὐκ ἐπιχειρεῖς. Miror virum doctum non vidisse verborum nexum hunc τὸν ἀδελφὸν φῇς μὲν — ὁμολογῶν δὲ καὶ ἐπίστασθαι εὖ ποιεῖν καὶ εὖ λέγειν οὐκ ἐπιχειρεῖς et reliqua.

i μέγα ἂν] Stobæus cum Vaticanis libris III. ἂν omisit.

k ἔσται] Ita vulgatum ᾖ ex Florent. A. B. C. et Paris. correxi. εἴη dat Paris. I.

l Δέδοικα, ἔφη] Paris. I. ἔφη, δέδοικα dat.

m μηχανᾶσθαι] Stobæus μηχανήσασθαι habet.

n φίλτρον] Proprie *de poculis amatoriis*, sed h. l. dicitur *de omnibus iis, quæ amorem, amicitiam conciliare valent.* Conf. Theocr. Idyl. II. 1. Φίλτρων mentio quoque III. xi. 17. ubi conjunguntur cum ἐπῳδαῖς et ἴϋγξι. Atque etiam ἴϋγγες interdum *de illecebris* dicuntur, et sic occurrit ap. Cic. ad Att. VII. 8. Vid. etiam indic. ad Ed. Verburg. ubi ἴϋγγα optime interpretantur *de illecebra, desiderio, pellacia*, simpliciter. *H.*

o τί ἂν ποιοίης;] Juntina et Stobæus ποιῇς habent.

p τὴν ἐκείνου] Intellige χώραν, γῆν vel πόλιν.

q αὐτὸν] Stobæus ἂν αὐτὸ posuit.

r αὐτὸν ἐκείνῳ] Intellige ἐμαυτόν. Pro ἐκείνῳ Steph. secunda ἐκεῖνον dedit, non necessaria mutatione.

s αἰσχρὸς] Ex Budæi Comment. p. 160. deinceps σὺ addidit Zeune.

φθάνῃ τοὺς μὲν πολεμίους κακῶς ποιῶν, τοὺς δὲ φίλους εὐεργετῶν. εἰ μὲν οὖν ἐδόκει μοι Χαιρεφῶν ἡγεμονικώτερος εἶναι σοῦ πρὸς τὴν [a] πρᾶξιν ταύτην, ἐκεῖνον ἂν ἐπειρώμην πείθειν πρότερον ἐγχειρεῖν τῷ σε φίλον ποιεῖσθαι. νῦν δέ μοι σὺ
15 δοκεῖς ἡγούμενος μᾶλλον ἂν [b] ἐξεργάσασθαι τοῦτο. Καὶ ὁ Χαιρεκράτης εἶπεν· Ἄτοπα λέγεις, ὦ Σώκρατες, καὶ οὐδαμῶς πρὸς σοῦ, ὅς γε κελεύεις ἐμὲ νεώτερον ὄντα καθηγεῖσθαι. καίτοι [c] τούτου γε παρὰ πᾶσιν ἀνθρώποις τἀναντία νομίζεται, τὸν πρεσβύτερον ἡγεῖσθαι παντὸς καὶ ἔργου καὶ
16 λόγου. Πῶς; ἔφη ὁ Σωκράτης· οὐ γὰρ καὶ ὁδοῦ παραχωρῆσαι τὸν νεώτερον [d] τῷ πρεσβυτέρῳ συντυγχάνοντι [e] πανταχοῦ νομίζεται; [f] καὶ (οὐ) καθήμενον ὑπαναστῆναι, ([g] καὶ κοίτῃ μαλακῇ τιμῆσαι,) καὶ [h] λόγων ὑπεῖξαι; ὦ ἀγαθὲ, μὴ ὄκνει, ἔφη, ἀλλ' ἐγχείρει τὸν ἄνδρα καταπραΰνειν· καὶ [i] πάνυ ταχύ σοι ὑπακούσεται. οὐχ ὁρᾷς ὡς φιλότιμός ἐστι καὶ ἐλευθέριος; τὰ μὲν γὰρ πονηρὰ ἀνθρώπια οὐκ ἂν ἄλλως μᾶλλον ἕλοις, ἢ εἰ [k] διδοίης τι· τοὺς δὲ καλοὺς κἀγαθοὺς

a πρᾶξιν ταύτην] Hanc Vossiani I. scripturam vulgatæ φύσιν substitui, quam inepte interpretatur Zeune. φιλίαν Stobæi recepit Stephani sec. Editio, quod ipsum dat liber Vatic. I. Ernesti χρῆσιν scriptum malebat: Bessarion vertit *ad hanc rem*. Schütz putabat nostrum scripsisse εἰ μὲν οὖν ἐδόκει μοι Χαιρεφῶν ἡγεμονικώτερος εἶναι σοῦ πρὸς ταῦτα τὴν φύσιν. quam scripturam si in libro scripto vel uno reperta fuisset, statim equidem recepissem. Vulgatam ita defendit Weiske, ut σοῦ ad φύσιν referatur, ταύτην dicatur δεικτικῶς, præpositio vero πρὸς comparationem indicet: quæ ratio mihi quidem dura videtur. Chærephontis animum acrem et vehementem annotavit Apologia Platonica sect. 5.

b ἐξεργάσασθαι] Sic dedit Stobæus loco ἐξεργάζεσθαι nonnullorum et sequenti sectione ἡγεῖσθαι pro καθηγεῖσθαι.

c τούτου] Sic Steph. cum Stobæo: Juntina τοῦτο, Aldina τούτῳ, Parisina τούτων dedit: deinceps Stobæus λόγου καὶ ἔργου habet.

d τῷ πρεσβυτέρῳ] Articulum ex Stobæo restituit Zeune. καὶ ante ὁδοῦ omittit Vatic. I.

e πανταχοῦ νομίζεται] Hunc morem respexit Cic. de Sen. sect. 18. *Hæc enim ipsa sunt honorabilia, quæ videntur levia atque communia, salutari, appeti, decedi, assurgi,* etc. *quæ et apud nos, et in aliis civitatibus, ut quæque optime morata, ita diligentissime observantur.* Vid. etiam quæ ibi sequuntur. Conf. Cyrop. VIII. vii. 10. (p. 650. Hutch. Ed. maj.) et Zeun. in. loc. Conf. etiam Valken. ad Herod. Lib. II. p. 140. Ed. Wessel. *B.*

f καὶ (οὐ)] Seclusi, suadente Stephano, negationem quam Stobæus omisit, Reiske in που, Edwards in οὐ καὶ mutari voluit.

g (καὶ κοίτῃ μαλακῇ τιμῆσαι)] Hæc verba spuria, Socrate indigna et a tota disputatione aliena merito censuit Valckenair ad Herodot. p. 140. not. 84. Ernesto in vulgata lectione certe μαλακῇ vitiosum esse videbatur: κοίτῃ τιμᾷν interpretabatur *locum superiorem in discumbendo cedere*. Quam sedem simul molliorem fuisse suspicatus Zeune ipsum etiam vocabulum μαλακῇ defendit, quod seclusit Schütz: equidem cum Valckenario facio.

h λόγων] Ita vulgatum λόγῳ, Vindob. λόγοις correxit Valckenair. Cf. Cyrop. VIII. vii. 10. deinde Paris. I. dat ὦ 'γαθε.

ἀνθρώπους προσφιλῶς χρώμενος μάλιστ' ἂν κατεργάσαιο.
Καὶ ὁ Χαιρεκράτης εἶπεν· Ἐὰν οὖν, ἐμοῦ ταῦτα ποιοῦντος, 17
ἐκεῖνος μηδὲν βελτίων γίγνηται; [l] Τί γὰρ ἄλλο, ἔφη ὁ
Σωκράτης, ἢ κινδυνεύσεις ἐπιδεῖξαι, σὺ μὲν χρηστός τε καὶ
φιλάδελφος εἶναι, [m] ἐκεῖνος δὲ φαῦλός τε καὶ οὐκ ἄξιος
εὐεργεσίας; Ἀλλ' οὐδὲν οἶμαι τούτων ἔσεσθαι· νομίζω
γὰρ αὐτὸν, ἐπειδὰν αἴσθηταί σε προκαλούμενον ἑαυτὸν εἰς
τὸν ἀγῶνα τοῦτον, πάνυ [n] φιλονικήσειν, ὅπως περιγένηταί σου
λόγῳ καὶ ἔργῳ εὖ ποιῶν. Νῦν μὲν γὰρ οὕτως, ἔφη, [o] διά- 18
κεισθον, ὥσπερ εἰ [p] τὼ χεῖρε, ἃς ὁ θεὸς [q] ἐπὶ τὸ συλλαμ-
βάνειν ἀλλήλαιν ἐποίησεν, [r] ἀφεμένω τούτου τράποιντο πρὸς
τὸ διακωλύειν ἀλλήλω· ἢ εἰ τὼ πόδε θείᾳ μοίρᾳ πεποιημένω
πρὸς τὸ συνεργεῖν ἀλλήλοιν, ἀμελήσαντε τούτου ἐμποδίζοιεν
ἀλλήλω. [s] Οὐκ ἂν πολλὴ ἀμαθία εἴη καὶ κακοδαιμονία, 19
[t] τοῖς ἐπ' ὠφελείᾳ πεποιημένοις ἐπὶ βλάβῃ χρῆσθαι; Καὶ
μὴν ἀδελφώ γε, ὡς [u] ἐμοὶ δοκεῖ, ὁ θεὸς ἐποίησεν ἐπὶ μείζονι
ὠφελείᾳ ἀλλήλοιν, ἢ χεῖρέ τε καὶ πόδε καὶ ὀφθαλμὼ καὶ

i πάνυ ταχὺ] Stobæus πανταχοῦ dat. sequens ἀνθρώπια Stobæus in ἀνθρώπεια, Edd. pr. et Paris. in ἀνθρώπινα mutarunt.

k διδοίης] Stobæus δοίης habet.

l Τί γὰρ ἄλλο — ἢ] *Quid enim aliud nisi.* Sic etiam Latini scriptores, monente Ernesto et laudante Gronovium ad Livii ii. 1.

m ἐκεῖνος δὲ] Intellige κινδυνεύσει ἐπιδεῖξαι.

n φιλονικήσειν] Ita cum Caseliana et Gesnero Ernesti vulgatam φιλονεικήσειν correxit; deinceps καὶ λόγῳ dat Stobæus.

o διάκεισθον] Ita cum Parisina libri Vindob. Parisinus III. et Stobæi Codex probante Ernesto. Edd. pr. διακεῖσθαι, Castal. et Steph. διάκεισθε.

p τὼ χεῖρε — ἀφεμένω — ἀλλήλω] Attice pro τὰ — ἀφεμένα — ἀλλήλα monent Interpretes.

q ἐπὶ τὸ συλλαμβάνειν] Stobæus ἐπὶ τῷ συλλ. dedit; recte, puto; ut postea ἐπὶ βλάβῃ et ὠφελείᾳ dicitur. deinceps ἀλλήλαις Juntina, verum dedit Aldina, Paris. Steph. et Stobæus.

r ἀφεμένω τούτου] Ita Aldina, Paris. Steph. τούτῳ Juntina, τοῦτο Castal. et Stobæus.

s Οὐκ ἂν] Ernesti negat initium hoc satis aptum esse antecedentibus, quæ requirant formam hanc: *enimvero non valde stultum sit?* Igitur Zeune οὐκοῦν scriptum malebat. Sed emendatione non est opus. Ita noster in Cyrop. I. iv. 13. ὥρα ἄν, ἔφη ὁ Κῦρος, παρασκευάζεσθαι σοι εἴη, ὅτῳ μαστιγώσῃς με (ita enim cum libro Altorfino erant postrema scribenda) ubi cum Stephano Weiske Aldinum οὐκ οὖν revocavit. Iterum ibidem sect. 28. ὥρα ἂν εἴη σοι πάλιν φιλεῖν ἐμὲ ubi nihil innovatum est. Tertium III. i. 43. Idem IV. iv. 5. Δυοῖν ἂν ἐπιμελητέον ἡμῖν εἴη. ubi neminem ἂν pro οὖν positum offendit. Denique VII. v. 25. οὐκ ἂν ἀμελεῖν δέοι. ubi viris doctis usus hic novus accidisse videtur.

t τοῖς ἐπ' ὠφελείᾳ] Deinceps ἀλλήλοιν addit Stobæus, quod tamen liber MS. Stobæi, teste Ernesto, omittit. Ceterum media verba inter ἐπ' ὠφελείᾳ et sequens ἀλλήλοιν omittunt Edd. pr. Paris. Bessarion, libri Vindob. τοῖς ἐπ' ὠφελείᾳ γεγονόσι μᾶλλον ἢ χεῖρε habet Vossianus I.

u ἐμοὶ δοκεῖ] Stobæi et Brodæi δοκεῖν recepit et inepte defendit Zeune.

[a] τἄλλα, ὅσα ἀδελφὰ ἔφυσεν ἀνθρώποις. Χεῖρες μὲν γὰρ, εἰ δέοι αὐτὰς τὰ πλέον ὀργυιᾶς διέχοντα ἅμα ποιῆσαι, οὐκ ἂν δύναιντο· πόδες δὲ οὐδ᾽ ἂν ἐπὶ τὰ ὀργυιὰν διέχοντα ἔλθοιεν ἅμα· ὀφθαλμοὶ δὲ, [b] οἱ καὶ δοκοῦντες ἐπὶ πλεῖστον ἐξικνεῖσθαι, οὐδ᾽ ἂν τῶν ἔτι ἐγγυτέρω ὄντων τὰ ἔμπροσθεν [c] ἅμα καὶ τὰ ὄπισθεν ἰδεῖν δύναιντο· ἀδελφὼ δὲ φίλω ὄντε, καὶ πολὺ διεστῶτε, πράττετον ἅμα (καὶ) τὰ ἐπ᾽ ὠφελείᾳ ἀλλήλοιν.

CAP. IV.

DE AMICITIÆ PRETIO.

Ἤκουσα δέ ποτε αὐτοῦ καὶ περὶ [d] φίλων διαλεγομένου, ἐξ ὧν ἔμοι γε ἐδόκει μάλιστ᾽ ἄν τις ὠφελεῖσθαι πρὸς φίλων [e] κτῆσίν τε καὶ χρείαν· τοῦτο μὲν γὰρ δὴ πολλῶν ἔφη ἀκούειν, ὡς πάντων κτημάτων κράτιστον ἂν εἴη φίλος [f] σαφὴς καὶ ἀγαθός· ἐπιμελουμένους δὲ [g] παντὸς μᾶλλον ὁρᾶν ἔφη
2 τοὺς πολλοὺς ἢ φίλων κτήσεως. Καὶ γὰρ οἰκίας καὶ ἀγροὺς καὶ ἀνδράποδα καὶ βοσκήματα καὶ σκεύη [h] κτω-

a τἄλλα, ὅσα] Juntina τἄλλα τ᾽ ἴως. unde Castal. τἄλλα δ᾽ ὅσα effecit. Ceterum totum h. l. imitatus est Plutarchus de fraterno amore p. 869. edit. Reiskianæ.

b οἱ καὶ] Juntina cum Stobæo καὶ omisit: mihi τ᾽ καὶ placeret.

c ἅμα καὶ τὰ] Edd. pr. Paris. et Stobæus τὰ omittunt, ut sit ἅμα πράττειν consentire, conspirare et sociare vires in aliquo facto. Romana Editio habet οὐ πράττετον ἅμα τὰ ἐπ᾽ ὠφελείᾳ ἀλλήλοιν, quam lectionem alicunde apposuit Stephanus, cum interrogatione accipiendam monens. Schütz copulam καὶ velut inutilem delevit, quam interim seclusi. Post καὶ sententiæ absolvendæ deesse quædam verba suspicatus est Weiske.

d φίλων] Juntina φίλου habet. Imitatus est h. l. Cicero Lælii cap. 15.

e κτῆσιν] Verbum κτάομαι in præs. est semper, *acquiro, comparo*; item aoristus ἐκτησάμην, κτήσασθαι, *acquisivi, acquirere*, et *acquisivisse*; præteritum vero κέκτημαι est, ut ita dicam, *acquisitum habeo*, i. e. *possideo*. Unde κτῆμα, quod est quasi τὸ κεκτημένον, significat id, *quod possidetur*, et in plur. *facultates*. Sed κτῆσις, quæ vel a præsenti vel ab aoristo deducitur, latiorem sensum habet: interdum *possessionem*, sive *actum possidendi* significat; interdum est idem quod κτῆμα, ut ab Hesych. explicatur, κτῆσις· πλοῦτος, et ap. Poll. ἐρεῖς δὲ, οὐσία, κλῆρος, κτῆσις, — πλοῦτος — κτήματα — τὰ ὄντα. vi. 196. interdum, ut in hoc loco, est *actus acquirendi*, sive *conciliatio*, nam in h. l. κτῆσις et κτήσεως idem prorsus valent, quod paulo inf. ὅπως κτήσωνται. *B.*

f σαφὴς] Edwards inepte σοφὸς conjiciebat scribendum.

g παντὸς] Intellige χρήματος.

h κτωμένους τι] Editiones Leonclavianæ, Caseliana et Welsiana καὶ pro τι habent.

i κτήσονται] Ita Edit. Paris. et libri Vossiani et Vindob. unde Ernesti vulgatum κτήσωνται, quod habet etiam Paris. I. correxit.

μένους τε ἐπιμελῶς ὁρᾷν ἔφη, καὶ τὰ ὄντα σώζειν πειρωμένους·
φίλον δὲ, ὃ μέγιστον ἀγαθὸν εἶναί φασιν, ὁρᾷν ἔφη τοὺς
πολλοὺς οὔτε, ὅπως [i] κτήσονται, φροντίζοντας, οὔτε, ὅπως
[k] οἱ ὄντες ἑαυτοῖς σώζωνται. Ἀλλὰ καὶ καμνόντων φίλων 3
τε καὶ οἰκετῶν, ὁρᾷν τινας ἔφη τοῖς μὲν οἰκέταις καὶ ἰατροὺς
εἰσάγοντας, καὶ τἄλλα πρὸς ὑγιείαν ἐπιμελῶς παρασκευά-
ζοντας, τῶν δὲ φίλων ὀλιγωροῦντας· ἀποθανόντων τε ἀμφοτέ-
ρων, ἐπὶ μὲν τοῖς οἰκέταις [l] ἀχθομένους τε καὶ ζημίαν ἡγου-
μένους, ἐπὶ δὲ τοῖς φίλοις οὐδὲν οἰομένους ἐλαττοῦσθαι· καὶ
τῶν μὲν ἄλλων κτημάτων οὐδὲν ἐῶντας ἀθεράπευτον οὐδ'
ἀνεπίσκεπτον, τῶν δὲ φίλων ἐπιμελείας δεομένων ἀμελοῦντας.
Ἔτι δὲ πρὸς τούτοις ὁρᾷν ἔφη τοὺς πολλοὺς τῶν μὲν ἄλλων 4
κτημάτων καὶ πάνυ πολλῶν αὐτοῖς ὄντων [m] τὸ πλῆθος εἰδό-
τας, τῶν δὲ φίλων ὀλίγων ὄντων οὐ μόνον τὸ πλῆθος ἀγνοοῦν-
τας, ἀλλὰ καὶ τοῖς πυνθανομένοις τοῦτο καταλέγειν ἐγχει-
ρήσαντας, οὓς ἐν τοῖς φίλοις [n] ἔθεσαν, πάλιν [o] τούτους
ἀνατίθεσθαι· τοσοῦτον αὐτοὺς τῶν φίλων φροντίζειν! Καίτοι 5
πρὸς ποῖον κτῆμα [p] τῶν ἄλλων παραβαλλόμενος φίλος ἀγα-
θὸς οὐκ ἂν πολλῷ κρείττων φανείη; ποῖος γὰρ ἵππος ἢ ποῖον
[q] ζεῦγος οὕτω χρήσιμον, ὥσπερ ὁ χρηστὸς φίλος; ποῖον δὲ

k οἱ ὄντες — σώζωνται] Edd. pr. Florentini libri B. C. Paris. I. 3. Vossianus I. habent οἷόν τε — σώζωνται. Editio Paris. σώζεσθαι. Stephanus primus σώζοντας edere cœpit, ut ὅπως οἷόν τε sit *pro viribus*, ut Cyrop. II. i. 4. et I. iv. 14. Vindob. liber σώζονται dat, et ὡς post ὅπως inserit, quod fieri voluit etiam Gesnerus ita, ut sit ὅπως ὡς οἷόν τε σώζωνται. Simson conjecit ὅπως ὄντας ἑαυτοῖς σώζωνται. in qua conjectura insunt vestigia, quibus insistens Schütz ad verum accessit, qui edidit ὅπως οἱ ὄντες ἑαυτοῖς σώσονται, ut hoc sit pro σωθήσονται. Equidem οἱ ὄντες a viro docto accepi, σώσονται ponere non sum ausus, sed quod libri fere omnes dant, servavi interim, dum aliunde medicina melior afferatur. Neutra enim forma verbi placet, sed malim propter concinnitatem scriptum ὅπως τοὺς ὄντας σώσουσι.

l ἀχθομένους τε] Ex Paris. I. τε addidi.

m τὸ πλῆθος εἰδότας] Hunc locum imitatus est Cicero Lælii cap. 17. et respicit Diogenes Laërtius II. 30. ἔλεγε δὲ ὡς θαυμάζοι τὸ μὲν ἕκαστον εἰπεῖν ἂν ῥᾳδίως ὅσα ἔχοι, φίλους δὲ οὐκ ἂν ὀνομάσαι ὁπόσους κέκτηται· οὕτως ὀλιγώρως ἔχειν περὶ αὐτούς.

n ἔθεσαν] Juntinæ ἐθέασαν Aldina in ἐθεάσαντο mutavit, quod in omnes Editiones manavit, excepta Castal. unde restituit verum Ernesti, quod dant etiam libri Vossianus I. Vindob. II. Paris. I. ἐτίθεσαν malebat Brodæus, ἔθεντο Stephanus et Valckenarius, quod ipsum dat liber Paris. III.

o τούτους ἀνατίθεσθαι] Vulgatum τούτοις jam Gesnerus in Chrestom. correxerat. Verbum ἀνατίθεσθαι non solum de ludo duodecim scriptorum, sed de tabula etiam dicitur, in qua calculis rationes putantur. Cum igitur calculus male positus, retractatur, ἀνατίθεσθαι hominem dicimus.

p τῶν ἄλλων] Intellige κτημάτων. Brevior ratio erat ποῖον ἄλλο κτῆμα.

q ζεῦγος] *Jugum boum.* In hoc sensu sæpissime a Xenophonte adhibetur. Hesych. πᾶν τὸ ἐζευγμένον. Conf. Poll.

ἀνδράποδον οὕτως εὔνουν καὶ [a] παραμόνιμον; ἢ ποῖον ἄλλο
6 κτῆμα οὕτω πάγχρηστον; Ὁ γὰρ ἀγαθὸς φίλος ἑαυτὸν τάττει πρὸς πᾶν τὸ ἐλλεῖπον τῷ φίλῳ καὶ [b] τῆς τῶν ἰδίων κατασκευῆς καὶ τῶν κοινῶν πράξεων· καὶ ἄν τέ τινα εὖ ποιῆσαι δέῃ, συνεπισχύει, ἄν τέ τις φόβος ταράττῃ, [c] συμβοηθεῖ, τὰ μὲν συναναλίσκων, τὰ δὲ [d] συμπράττων, καὶ τὰ μὲν συμπείθων, τὰ δὲ βιαζόμενος, καὶ εὖ μὲν πράττοντας πλεῖστα εὐφραίνων, σφαλλομένους δὲ πλεῖστα ἐπανορθῶν.
7 Ἃ δὲ αἵ τε χεῖρες ἑκάστῳ ὑπηρετοῦσι, καὶ [e] οἱ ὀφθαλμοὶ προορῶσι, καὶ τὰ ὦτα προακούουσι, καὶ οἱ πόδες [f] διανύτουσι, τούτων φίλος εὐεργετῶν οὐδενὸς λείπεται· [g] πολλάκις δὲ, ἃ [h] πρὸ αὑτοῦ τις ἢ οὐκ ἐξειργάσατο ἢ οὐκ εἶδεν ἢ οὐκ ἤκουσεν ἢ οὐ διήνυσε, ταῦτα ὁ φίλος [i] πρὸ τοῦ φίλου [k] ἐξήρκεσεν. Ἀλλ' ὅμως [l] ἔνιοι μὲν δένδρα πειρῶνται θεραπεύειν τοῦ καρποῦ ἕνεκεν· τοῦ δὲ παμφορωτάτου κτήματος, ὃ καλεῖται φίλος, ἀργῶς καὶ ἀνειμένως οἱ πλεῖστοι ἐπιμέλονται.

x. 53. Dicitur de duobus vel pluribus, οὐ μόνον τὸ ἐκ δυοῖν τινῶν ζευγνύμενον, ἀλλὰ καὶ τὸ ἐκ πλειόνων, Etym. Mag. nunquam de uno, quanquam sic dici opinabar Æl. Var. Hist. ix. 25. εἰ μέν σοι τέθνηκε ζεῦγος, sed hic quoque dicitur de duobus. *B.*

a παραμόνιμον] Editio Halensis παράμονον dat. cf. ad cap. x. sect. 3.

b τῆς τῶν ἰδίων κατασκευῆς] Sequens κοινῶν πράξεων videtur opponi præcedenti ἰδίων, adeoque κατασκευὴ ad πράξεων κοινῶν etiam pertinere videtur, quæ quid sit, equidem non intelligo. κατασκευὴν τῶν ἰδίων intelligerem ut in Œconomici II. sect. 8. καὶ ἐμοὶ μὲν εἴ τι καὶ προσδεηθείην — εἰσὶν οἵ καὶ ἐπαρκέσειαν — οἱ δὲ σοὶ φίλοι πολὺ ἀρκοῦντα σοῦ μᾶλλον ἔχοντες τῇ ἑαυτῶν κατασκευῇ ἢ σὺ τῇ σῇ, ὅμως παρὰ σοῦ ὠφελησόμενοι ἀποβλέπουσι.

c συμβοηθεῖ] Paris. I. συμβοηθῶν dat.

d συμπράττων] Castal. καὶ συμπράττων. deinceps συμβιαζόμενος malebat Edwards.

e οἱ ὀφθαλμοὶ] Articulum ex Hindeburgii conjectura addidit Ernesti.

f διανύτουσι] Editiones et libri scripti διανύττουσιν, alii διανύουσιν dant, nostrum est in Junt. Aldina, Basil. Steph.

g πολλάκις δὲ] Ita cum Editione Paris. et Castal. Ernesti. Vulgo enim δὲ deest; unde Portus πολλάκις γὰρ cum Bessarione, Stephanus καὶ πολλάκις scribendum censebat.

h πρὸ αὑτοῦ τις ἢ] Editio Paris. προτοῦ. Margo Steph. πρὸς αὑτοῦ. sequens ἢ post τις omisit Florent. A. non male.

i πρὸ τοῦ φίλου] Ita scribere sum ausus, quoniam in Vaticano I. πρὸς τοῦ φίλου esse vidi. Noster in Cyropædiæ IV. v. 44. οὔτε ἐγὼ ἀρκέσω (ὑμῖν) πράττων πρὸ ὑμῶν ὅτι ἂν δέῃ οὔτε ὑμεῖς πρὸ ἡμῶν. V. iv. 36. ἐκεῖνος τούτῳ ἀρκέσει μηχανώμενος, ἕως ἂν ἕλῃ τὸν ἑαυτοῦ βελτίονα. Igitur h. l. intellige ad ἐξήρκεσε participia ἐξεργαζόμενος, ἰδὼν, ἀκούσας et διανύσας.

k ἐξήρκεσεν] Observent h. l. tirones genuinam vim aoristorum; amicus amici causa *facere solet*, etc. Sic illud Nov. Test. ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν ὡμοιώθη, *simile esse solet*. Longinus Περὶ Ὕψους, sect. 1. in fin. δίκην σκηπτοῦ πάντα διεφόρησεν, καὶ τὴν τοῦ ῥήτορος εὐθὺς ἀθρόαν ἐνεδείξατο δύναμιν; *sublime instar fulminis omnia solet prosternere, et statim omnem oratoris vim demonstrare*. Quod cum ignoraret Cl. Pearcius, ad eum locum, de singulari, nescio qua, vi aoristorum hic pro præsente positorum, præter rem argutatus est. *E.*

l ἔνιοι μὲν δένδρα] Vatic. I. ἔνιοι δένδρα μὲν dat. Ceterum in hoc priore membro

CAP. V.

EXPLORARE SE QUEMQUE, QUANTI AB AMICIS ÆSTIMARI POSSIT, ET UT MAGNI ÆSTIMETUR, ELABORARE DEBERE.

Ἤκουσα δέ ποτε καὶ ἄλλον αὐτοῦ λόγον, [m] ὅς ἐδόκει μοι
προτρέπειν τὸν ἀκούοντα ἐξετάζειν ἑαυτὸν, ὁπόσου τοῖς φίλοις
ἄξιος εἴη. Ἰδὼν γάρ τινα τῶν ξυνόντων ἀμελοῦντα φίλου
πενίᾳ πιεζομένου, ἤρετο Ἀντισθένη ἐναντίον τοῦ ἀμελοῦντος
[n] αὐτοῦ καὶ ἄλλων πολλῶν· Ἆρα, ἔφη, ὦ Ἀντίσθενες, εἰσί 2
τινες ἀξίαι φίλων, [o] ὥσπερ οἰκετῶν; Τῶν γὰρ οἰκετῶν ὁ μέν
που δύο [p] μνῶν ἄξιός ἐστιν, ὁ δὲ οὐδ᾽ ἡμιμναίου, ὁ δὲ πέντε
μνῶν, ὁ δὲ καὶ δέκα· Νικίας δὲ ὁ Νικηράτου λέγεται ἐπισ-
τάτην εἰς [q] τἀργύρια πρίασθαι ταλάντου. [r] Σκοπῶμεν δὴ
τοῦτο, ἔφη, εἰ ἄρα, ὥσπερ τῶν οἰκετῶν, οὕτω καὶ τῶν φίλων
εἰσὶν ἀξίαι; Ναὶ μὰ Δί᾽, ἔφη ὁ Ἀντισθένης. ἔγωγ᾽ οὖν βου- 3
λοίμην ἂν τὸν μέν τινα φίλον μοι εἶναι μᾶλλον ἢ δύο μνᾶς,
τὸν δ᾽ οὐδ᾽ ἂν ἡμιμναίου προτιμησαίμην, τὸν δὲ καὶ πρὸ δέκα
μνῶν [s] ἑλοίμην ἂν, τὸν δὲ πρὸ πάντων χρημάτων καὶ [t] πόρων
[u] πριαίμην ἂν φίλον μοι εἶναι. Οὐκοῦν, ἔφη ὁ Σωκράτης, εἴ 4
γε ταῦτα τοιαῦτά ἐστι, καλῶς ἂν ἔχοι ἐξετάζειν τινὰ ἑαυτὸν,
πόσου ἄρα [x] τυγχάνοι τοῖς φίλοις ἄξιος ὢν, καὶ πειρᾶσθαι
ὡς πλείστου ἄξιος εἶναι, ἵνα ἧττον αὐτὸν οἱ φίλοι προδιδῶσιν.

quædam excidisse suspicabar, antequam Weiskio eandem suspicionem in mentem venisse videram. Alioquin cum Vatic. I. ἔνιοι δένδρα μὲν erat scribendum.

m ὅς] Juntina ὡς Parisina in ὧ mutavit.

n αὐτοῦ καὶ ἄλλων] Paris. III. φίλων καὶ ἄλλων dat.

o ὥσπερ οἰκετῶν] Ita cum Juntina, Steph. sec. Vindob. I. Vatic. I. Flor. B. C. E. scripsit Ernesti. ὥσπερ ἐπὶ οἰκετῶν ex Aldina et Paris. in reliquas manavit. ὥσπερ εἰσὶν οἰκετῶν cum Simsono malebat Schütz.

p μνῶν] Margo Steph. μναῖν nescio unde apposuit.

q τἀργύρια] Ita Edd. pr. ἀργυρεῖα cum Parisina, Steph. sec. et Vossianus I. quod recepit Ernesti. De Niciæ metallis est locus in libro περὶ πόρων iv. 14. quem comparabit lector.

r Σκοπῶμεν] Vulgatum σκοποῦμαι ita correxit Zeune. Bessario *consideremus* vertit. σκοπῶ est in Vossiano I.

s ἑλοίμην ἂν] Ex libro Vaticano I. et Florentino E. ἂν addidi.

t πόρων] Hanc Porti et Leonclavii conjecturam vulgato πόνων substituit Ernesti; καὶ πόρων equidem abesse malim.

u πριαίμην] Cum πρίασθαι τι πρὸ non sit usitatum, varie verbum tentarunt viri docti. Stephanus malebat προτιμησαίμην, quod præcessit, Zeune ποιησαίμην. In libro Paris. I. est πόνῳ πριαίμενου ἂν φίλου μοι εἶναι.

e Ἑρμογένης] Hæc ex Memorabilibus translata breviter transcurram, quæ enim annotationem merebantur, ibi attigi.

f μέντοι σκοπεῖν] In tali interrogatione inusitatum μέντοι; sequens καὶ post ὅ τι collocatum locum suum ex Atticorum more rectius tuebitur; in Memorabilibus excidisse videtur; ut in nostro loco μὲν deest post Τὸν δὲ τό.

g Ἐπεὶ δὲ — λέγειν] Morelliana Editio ἔπειτα δὲ dedit, quam scripturam Stephanus probabat. In tali narratione sæpissime ἐπεὶ habet adjunctum infinitivum; ut sect. 5. est. ὡς δ' αὐτὸν εἰπεῖν. Eadem Editio Morelliana deinceps ἀχθεσθέντες pro ταραχθέντες dedit; ex conjectura, credo.

h ἐκ τοῦ λόγου] Geminam ponit causam absolutionis, miserationem supplicantis, et gratiam judicum blandæ orationi accusati obsequentem.

i ἀπέλυσαν] Edd. pr. ἀτέλησαν correxit Castalio.

k ὑφείμην] Omissum ἂν exstat in Memorab.

l ᾔδειν] Codd. Brodæi εἰδεῖν dicuntur habere.

m ἀποτελεῖσθαι] Pejus ἐπιτελ. est in Memorab.

n πῶς ἂν, εἰπεῖν] Stephani conjecturam πῶς ἂν εἴποιμι ἐγὼ, ὅτι ἂν ἡδέως β. recepit Welsiana Editio; duplex scilicet ἂν Stephanum offenderat.

o Ἴσως] Abhinc auctorem Apologiæ a Xenophonte diversum omni qua potero diligentia investigabo.

p κατακριθῇ μοι] Leonclavianam conjecturam νῦν μὲν κατακριθῶ, δῆλον recte damnavit Ernestium secutus Zeune; sed Græcismum κατακρίθῃ μου postulare neuter admonuit.

q τούτου ἐπιμεληθέντων] Sc. πράγματος, qui statum, conditionem et motus hominum a cicuta pota morientium observatione sua dignos censuerunt. Ex Platonico Phædone sect. 66. licet aliquatenus cognoscere, quæ scriptor hic observatione diuturna annotata fuisse refert.

λοις, πλεῖστον δὲ πόθον ἐμποιοῦσα [a] τοῦ τελευτῶντος. ὅταν
γὰρ [b] ἄσχημον μὲν μηδὲν μηδὲ δυσχερὲς ἐν ταῖς γνώμαις τῶν
παρόντων [c] καταλίπηται, [d] ὑγιὲς δὲ τὸ σῶμα ἔχων καὶ τὴν
ψυχὴν δυναμένην [e] φιλοφρονεῖσθαι ἀπομαραίνηται, πῶς οὐκ
8 ἀνάγκη [f] τοῦτον ποθεινὸν εἶναι; [g] Ὀρθῶς δὲ οἱ θεοὶ τότε
μου ἐναντιοῦντο, φάναι αὐτὸν, [h] τῇ τοῦ λόγου ἐπισκέψει, ὅτε
ἐδόκει ἡμῖν ζητητέα εἶναι ἐκ παντὸς τρόπου τὰ ἀποφευκτικά.
εἰ γὰρ τοῦτο διεπραξάμην, δῆλον ὅτι [i] ἡτοιμασάμην ἂν,
ἀντὶ τοῦ ἤδη λῆξαι τοῦ βίου, ἢ νόσοις ἀλγυνόμενος τελευτῆ-
σαι ἢ γήρᾳ, εἰς ὃ [k] πάντα τὰ χαλεπὰ συῤῥεῖ καὶ μάλα
9 ἔρημα τῶν εὐφροσυνῶν. Μὰ Δί', εἰπεῖν αὐτὸν, ὦ Ἑρμό-
γενες, ἐγὼ [l] ταῦτα οὐδὲ προθυμήσομαι· ἀλλ' ὅσων νομίζω
τετυχηκέναι [m] καλῶν καὶ παρὰ θεῶν καὶ παρ' ἀνθρώπων,
καὶ ἣν ἐγὼ δόξαν ἔχω περὶ ἐμαυτοῦ, ταύτην ἀναφαίνων εἰ
βαρύνω τοὺς δικαστὰς, αἱρήσομαι τελευτᾷν μᾶλλον, ἢ
ἀνελευθέρως τὸ ζῆν ἔτι προσαιτῶν, κερδᾶναι τὸν πολὺ χείρω
10 βίον ἀντὶ θανάτου. Οὕτως δὲ γνόντα αὐτὸν [n] ἔφη εἰπεῖν. ἐπειδὴ
κατηγόρησαν αὐτοῦ οἱ ἀντίδικοι, ὡς οὓς μὲν ἡ πόλις νομίζει

r τοῖς φίλοις] Quia non coguntur assidere diu decumbenti.

a τοῦ τελευτῶντος] Hanc Gesneri conjecturam recte vulgato τῷ τελευτῶντι substituit Zeune.

b ἄσχημον μὲν μηδὲν μηδὲ δυσχερὲς] Diuturna ægritudo corporis multa hominem cogit ἀσχήμονα καὶ δυσχερῆ facere, quæ assidentium et amicorum miserationem movent, adeo ut vota faciant potius pro morte hominis acceleranda quam pro vita proroganda. Huic mortem omnes gratulantur, nec ullum ejus post mortem apud viventes superest desiderium. Contrarium accidere ait auctor, cum quis mente et sanitate integra ex hac vita discedit, uti Socrates. Hæc est illa mors, quæ plurimum mortui desiderium apud viventes relinquere dicitur. Sed vide quam inepte scriptor causam rei aperiens dixerit morientem nihil indecori vel turpe in animis præsentium relinquere!

c καταλίπηται] Edd. primarum lectionem reduxi; aoristus enim verbi medii solus huic loco et sententiæ convenit.

d ὑγιὲς δὲ τὸ σῶμα] Leonclavii conjecturam ὑγιὲς δέ τις τὸ σῶμα Wels, Simson et Gesner receperunt; durum enim est τις intelligere omissum.

e φιλοφρονεῖσθαι] Videtur esse h. l. gaudere, exhilarari.

f τοῦτον] Ex Editione Halensi recepi hanc scripturam; vulgaris τοῦτο mihi nullo modo ferri posse videbatur.

g Ὀρθῶς — ἐναντιοῦντο] Castalio ἠναντιοῦντο dedit. Ceterum vide quam inepte Socratem faciat repetentem, quæ multo decentius Xenophon eundem dicentem induxerat, quæque noster repetiit sect. 5. θαυμάζεις εἰ τῷ θεῷ δοκεῖ βέλτιον εἶναι ἐμὲ τελευτᾷν τὸν βίον ἤδη. Pergit Xenophonteus εἰ δὲ βιώσομαι πλείω χρόνον ἴσως ἀναγκαῖον ἔσται τὰ τοῦ γήρους ἀποτελεῖσθαι — χείρω γίγνεσθαι. Quæ noster sect. 6. non solum in brevitatem nimiam contraxit, sed vatum etiam mendacium instar asseverantem facit Socratem; οἶδ' ὅτι ἀνάγκη ἔσται. Hic vero iterum modestius ait: ἡτοιμασάμην ἄν.

h τῇ τοῦ λόγου ἐπισκέψει] Xenophon φροντίσαι τῆς ἀπολογίας in Memorab. sect. 5. noster σκοπεῖν περὶ τῆς ἀπολογίας dixit sect. 5. at ille non dixisset, credo, ἐπισκέπτεσθαι λόγον vel περὶ λόγου: igitur ἐπίσκε-

θεοὺς, οὐ νομίζοι, ἕτερα δὲ καινὰ δαιμόνια εἰσφέροι, καὶ
τοὺς νέους διαφθείροι, παρελθόντα εἰπεῖν· Ἀλλ' ἐγὼ, ὦ 11
ἄνδρες, τοῦτο μὲν πρῶτον θαυμάζω Μελίτου, [o] ὅτῳ ποτὲ
γνοὺς λέγει, ὡς ἐγὼ οὓς ἡ πόλις νομίζει θεοὺς οὐ νομίζω·
ἐπεὶ θύοντα γέ με ἐν ταῖς κοιναῖς ἑορταῖς καὶ ἐπὶ τῶν δημο-
σίων βωμῶν καὶ οἱ ἄλλοι οἱ παρατυγχάνοντες ἑώρων καὶ
αὐτὸς Μέλιτος, εἰ ἠβούλετο. Καινά γε μὴν δαιμόνια πῶς 12
ἂν ἐγὼ εἰσφέροιμι, λέγων, [p] ὅτι θεοῦ μὲν φωνὴ φαίνηται ση-
μαίνουσα ὅ τι χρὴ ποιεῖν; καὶ γὰρ οἱ [q] φθόγγοις οἰωνῶν καὶ
οἱ φήμαις ἀνθρώπων χρώμενοι, φωναῖς δήπου τεκμαίρονται.
[r] βροντὰς δὲ ἀμφιλέξει τις ἢ μὴ φωνεῖν ἢ μὴ μέγιστον
οἰωνιστήριον εἶναι; ἡ δὲ Πυθοῖ ἐν τῷ τρίποδι [s] ἱέρεια οὐ καὶ
αὐτὴ φωνῇ τὰ παρὰ τοῦ Θεοῦ διαγγέλλει; Ἀλλὰ μέντοι 13
καὶ τὸ προειδέναι γε τὸν Θεὸν τὸ μέλλον, καὶ τὸ προσημαί-
νειν [t] ᾧ βούληται, καὶ τοῦτο, ὥσπερ ἐγώ φημι, οὕτω πάντες
καὶ λέγουσι καὶ νομίζουσιν. ἀλλ' οἱ μὲν οἰωνούς τε καὶ
φήμας καὶ συμβόλους τε καὶ μάντεις [u] ὀνομάζουσι τοὺς
προσημαίνοντας εἶναι· ἐγὼ δὲ τοῦτο δαιμόνιον καλῶ. καὶ

ψις τοῦ λόγου mihi Xenophonteum multo minus videtur esse.

i ἡτοιμασάμην] Stephanus ἐτιμασ. dedit.

k πάντα τὰ χαλεπὰ] Hæc et talia Socrates jam septuaginta annos natus in senectutem dicere nec potuit nec debuit; Sophistam autem decent.

l ταῦτα] Refer ad τὰ ἀποφευκτικὰ, quo redit etiam ibidem additum: εἰ γὰρ τοῦτο διεπραξάμην.

m καλῶν] Ita recte Gesnerus vulgatum καλῶς correxit, frustra obnitente Zeunio.

n ἔφη εἰπεῖν.] Sic h. l. interpunxit Zeune cum Edd. pr. Contra recentiores hæc jungunt sequentibus, unde tautologia inepta oritur. Mihi εἰπεῖν h. l. alieno loco esse et secludendum videbatur, reliqua vero cum prioribus continuanda. Alioquin ἐπειδὴ et sequentia hærent; accedere debebat copula, veluti γὰρ, vel similis.

o ὅτῳ ποτε γνοὺς] Ducta hæc ex Memorab. I. 1. ποίῳ ποτ' ἐχρήσαντο τεκμηρίῳ et seqq.

p ὅτι θεοῦ μὲν φωνὴ φαίνεται] In Memorab. l. c. est: διετεθρύλλητο γὰρ, ὡς φαίη Σωκράτης τὸ δαιμόνιον ἑαυτῷ σημαίνειν. ὅθεν δὴ καὶ μάλιστά μοι δοκοῦσιν αὐτὸν αἰτιάσασθαι καινὰ δαιμόνια εἰσφέρειν. Unde etiam magis patet in nostro loco scribi debuisse θεοῦ μοι φωνὴ φαίνεται. Sed scriptor apologiæ rationes Xenophontis mire invertit, dum δαιμόνιον Socratis interpretatur φωνὴν θεοῦ, substituta voce, qua usus nunquam erat Socrates. Plato quidem Apologiæ sect. 19. Socratem facit loquentem: ἐμοὶ δὲ τοῦτό ἐστιν ἐκ παιδὸς ἀρξάμενον, φωνή τις γιγνομένη· ἣ ὅταν γένηται, ἀεὶ ἀποτρέπει με τούτου, ὃ ἂν μέλλω πράττειν. sect. 31. est τὸ τοῦ θεοῦ σημεῖον.

q φθόγγοις οἰωνῶν] In Memorab. junguntur οἰωνοὶ vel ὄρνιθες, et φῆμαι vel ἀπαντῶντες.

r βροντὰς δὲ] Vulgatum βρονταῖς auctore Gesnero correxit Zeune, qui particulam δὲ ex Edd. pr. revocavit, postea mutatam in μὲν. Ceterum in Memorab. οἰωνοῖς et φήμαις junguntur συμβόλοις καὶ θυσίαις. Hoc in loco malim scriptum τίς ἀμφιλέξει;

s ἱέρεια] Auctor θυσίας Xenophontis non extispicinam interpretatur, uti par erat, sed vaticinationem: hinc deinceps μάντεις nominat, aruspicina plane omissa.

οἶμαι οὕτως ὀνομάζων, καὶ ἀληθέστερα καὶ ὁσιώτερα λέγειν τῶν τοῖς ὄρνισιν ἀνατιθέντων τὴν τῶν θεῶν δύναμιν. [a] ὥς γε μὴν οὐ ψεύδομαι κατὰ τοῦ θεοῦ, καὶ τοῦτ' ἔχω τεκμήριον· καὶ γὰρ τῶν φίλων πολλοῖς δὴ ἐξαγγείλας τὰ τοῦ θεοῦ
14 συμβουλεύματα, οὐδεπώποτε ψευσάμενος ἐφάνην. Ἐπεὶ δὲ ταῦτα ἀκούοντες οἱ δικασταὶ [b] ἐθορύβουν, οἱ μὲν ἀπιστοῦντες τοῖς λεγομένοις, οἱ δὲ καὶ φθονοῦντες, εἰ καὶ παρὰ θεῶν μειζόνων ἢ αὐτοὶ τυγχάνοι· πάλιν εἰπεῖν τὸν Σωκράτην· Ἄγε δὴ ἀκούσατε καὶ ἄλλα, ἵνα ἔτι μᾶλλον οἱ βουλόμενοι ὑμῶν [c] ἀπιστῶσι τῷ ἐμὲ τετιμῆσθαι ὑπὸ δαιμόνων. Χαιρεφῶντος γάρ ποτε [d] ἐπερωτῶντος ἐν Δελφοῖς περὶ ἐμοῦ, πολλῶν παρόντων, ἀνεῖλεν ὁ Ἀπόλλων, μηδένα εἶναι ἀνθρώπων ἐμοῦ μήτε ἐλευθεριώτερον, μήτε δικαιότερον, μήτε [e] σωφρονέστερον. Ὡς δ' αὖ ταῦτ' ἀκούσαντες οἱ δικασταὶ ἔτι μᾶλ-
15 λον ἐθορύβουν εἰκότως, αὖθις εἰπεῖν τὸν Σωκράτην. Ἀλλὰ μείζω μὲν, ὦ ἄνδρες, εἶπεν ὁ Θεὸς ἐν χρησμοῖς περὶ Λυκούργου τοῦ Λακεδαιμονίοις νομοθετήσαντος, ἢ περὶ ἐμοῦ. λέγεται γὰρ εἰς τὸν ναὸν εἰσιόντα προσειπεῖν αὐτόν· [f] Φροντίζω, πότερα θεόν σε εἴπω, ἢ ἄνθρωπον. Ἐμὲ δὲ θεῷ μὲν οὐκ εἴκασεν, ἀνθρώπων δὲ πολλῷ προέκρινεν ὑπερφέρειν. ὅμως δὲ

t ᾧ βούληται] Addendum censeo ἂν ut sit ᾧ ἂν βούληται.

u ὀνομάζουσι — εἶναι] Cum non meminissent apud Platonem sæpiuscule verbo ὀνομάζω jungi alterum εἶναι, veluti in Protagora σοφιστὴν δή τοι ὀνομάζουσί γε τὸν ἄνδρα εἶναι: Stephanus τὰ μέλλοντα εἶναι, Leonclavius vero ἃ δεῖ εἶναι corrigebant.

a ὥς γε μὴν] Etiam hæc accuratius tractantur in Memor. I. i. 4, et 5.

b ἐθορύβουν] Mihi aoristus, minime vero imperfectum tempus in hac narratione adhibendum fuisse videtur.

c ἀπιστῶσι] Gesnerus ad h. l. Hic aperte, inquit, satis prodit consilium suum irritandi judices. Scilicet causam ineptiorem scriptor comminisci non potuit, cur narrationem de Chærephonte subjungeret. Sed ἀπιστῶσι h. l. esse videtur: Quo magis etiam admiremini et quasi re incredibili stupeatis.

d ἐπερωτῶντος] Athenæus p. 218. laudat ex h. l. rectius ἐπερωτήσαντος, deinde ὑπὲρ pro περί. Qui vulgatam defendit, deinceps ἀναιρεῖ scribere etiam debet.

e σωφρονέστερον] Ernesti cum Gesnero addendum fuisse censebat μήτε σοφώτερον, quoniam in sequentibus quatuor partes demonstrentur, et in his sapientiæ fiat diserta mentio sectione 16. Cum falsissimum hoc sit, nec quatuor partes sed tres tantum deinceps explicentur, defensionem vulgatæ lectionis, qua usus est Zeune, apponere nolo. Quatuor sunt membra orationis sect. 16. sed tres tantum virtutes explicantur. Ad ἐλευθεριότητα enim pertinet primum μὴ δουλεύειν ταῖς ἐπιθυμίαις, deinde παρ' οὐδενὸς οὔτε δῶρον οὔτε μισθὸν δέχεσθαι. Sequitur δικαιοσύνης explicatio; tertia σοφία nominatur, unde apparet σωφροσύνην eandem esse quæ σοφία etiam a Xenophonte interdum dicitur.

f φροντίζω] Oraculum illud refert Herodotus I. 65. sic: Ἥκεις, ὦ Λυκόοργε, ἐμὸν ποτὶ πίονα νηὸν, Ζηνὶ φίλος καὶ πᾶσιν Ὀλύμπια δώματ' ἔχουσι. Δίζω, εἴ σε θεὸν

ὑμεῖς μηδὲ ταῦτα εἰκῆ πιστεύσητε τῷ Θεῷ, ἀλλὰ καθ' ἓν
ἕκαστον ἐπισκοπεῖτε, ὧν εἶπεν ὁ Θεός. Τίνα μὲν γὰρ ἐπίσ- 16
τασθε ἧσσον ἐμοῦ δουλεύοντα ταῖς [g] τοῦ σώματος ἐπιθυμίαις;
τίνα δὲ ἀνθρώπων ἐλευθεριώτερον; ὃς παρ' οὐδενὸς οὔτε δῶρα
οὔτε μισθὸν δέχομαι. δικαιότερον δὲ τίνα ἂν εἰκότως νομίσητε
τοῦ πρὸς τὰ παρόντα συνηρμοσμένου, ὡς τῶν ἀλλοτρίων μη-
δενὸς προσδεῖσθαι; σοφὸν δὲ πῶς οὐκ ἄν τις εἰκότως ἄνδρα
φήσειεν εἶναι, ὃς ἐξ ὅτουπερ ξυνιέναι τὰ λεγόμενα ἠρξάμην,
οὐ πώποτε διέλιπον καὶ ζητῶν καὶ μανθάνων ὅ τι ἐδυνάμην
ἀγαθόν; Ὡς δὲ οὐ μάτην ἐπόνουν, οὐ δοκεῖ ὑμῖν καὶ τάδε 17
τεκμήρια εἶναι, τὸ πολλοὺς μὲν πολίτας τῶν ἀρετῆς ἐφιεμέ-
νων, πολλοὺς δὲ ξένων, [h] ἐκ πάντων προαιρεῖσθαι ἐμοὶ ξυν-
εῖναι: ἐκείνου δὲ τί φήσομεν αἴτιον εἶναι, τοῦ [i] πάντας εἰδέ-
ναι, ὅτι ἐγὼ ἥκιστα ἔχοιμι χρήματα ἀντιδιδόναι, ὅμως πολ-
λοὺς ἐπιθυμεῖν ἐμοί τι [k] δωρεῖσθαι; [l] τὸ δ' ἐμὲ μὲν μηδ' ὑφ'
ἑνὸς [m] ἀπαιτεῖσθαι εὐεργεσίαν, ἐμοὶ δὲ πολλοὺς ὁμολογεῖν
χάριτας ὀφείλειν; Τὸ δ' ἐν τῇ [n] πολιορκίᾳ τοὺς μὲν ἄλ- 18
λους οἰκτείρειν ἑαυτοὺς, ἐμὲ δὲ μηδὲν ἀπορώτερον διάγειν,
ἢ ὅτι τὰ μάλιστα ἡ πόλις εὐδαιμονεῖ; τὸ δὲ τοὺς ἄλλους
μὲν [o] τὰς εὐπαθείας ἐκ τῆς ἀγορᾶς πολυτελεῖς πορίζεσθαι,

μαντεύσομαι ἢ ἄνθρωπον· Ἀλλ' ἔτι καὶ μᾶλλον Θεὸν ἔλπομαι, ὦ Λυκόοργε. Cf. Plutarch. in Lyc. cap. 5.

g τοῦ σώματος ἐπιθυμίαις] Inepte dixit, quæ Xenophonti sunt et Platoni αἱ διὰ σώματος ἡδοναί.

h ἐκ πάντων] Dure dictum seu ἐκ παντὸς τρόπου, seu ἐκ πάντων ἀνθρώπων μάλιστα ἐμοὶ interpreteris.

i πάντας εἰδέναι] Interserendum est μὲν et post ὅμως addendum δὲ. Cum ἔχοιμι Xenophon ἂν junxisset.

k δωρεῖσθαι] An respicit ea quæ narrat Libanii Apologia c. 59. καὶ διὰ τοῦτο ἐκάλει μὲν ὁ Εὐρύλοχος ὁ Καρύστιος, ἐκάλει δὲ Σκοπᾶς ὁ Κρανώνιος, οὐχ ἥκιστα δὲ ὁ Μακεδόνων ἄρχων Ἀρχέλαος, δεόμενοι, πέμποντες τοὺς ἄξοντας, ἐπιστέλλοντες, ὑπισχνούμενοι. — οὐ τοίνυν, ὡς καλοῦντες διήμαρτον, ἀφίσταντο τῆς πείρας ἀλλ' ἀκούοντες ἀνάλωτον εἶναι χρήμασιν, οἴκοι καθημένῳ προὔτεινον· ὁ δ' οὐ μετριώτερον ἡγούμενος τοῦ βαδίζειν ἐκεῖσε, τὸ ἐκεῖθεν κερδαίνειν, διεώσατο, καὶ δυνάμενος εὐπορεῖν τούτων μᾶλλον — ἔμεινεν ἐπὶ τῆς πενίας ἡδέως. ita dedit Reiske, cum Codex Χαρίσιος, Morelliana Editio Χαρίστιος exhiberent; unde facile erat Λαρισσαῖος exsculpere, quod verum esse docet Diogenes II. 25. Idem Diogenes II. 31. Χαρμίδου οἰκέτας αὐτῷ διδόντος ἵν' ἀπ' αὐτῶν προσοδεύοιτο, οὐχ εἵλετο.

l τὸ δ' ἐμὲ] Gesnerus τοῦ δ' ἐμὲ h. l. et bis in sectione sequenti posuit. Sed similiter Xenophon posuit τὸ δὲ in Memor. IV. iii. 5. De loco enim I. iv. 12. adhuc dubius hæreo.

m ἀπαιτεῖσθαι εὐεργεσίαν] Edd. pr. εὐεργεσίας habent. Locutio mihi singularis videtur. Voluit auctor dicere: ego nemini beneficium debeo, mihi contra multi gratias habent: ineptiuscule autem dixit: nemo me beneficium reposcit, multi contra gratias mihi se debere profitentur.

n πολιορκίᾳ] Cum Lysander Athenas obsideret post pugnam infelicem ad Ægospotamos.

ἐμὲ δὲ ἐκ τῆς ψυχῆς ἄνευ δαπάνης ἡδίους ἐκείνων μηχανᾶσ-
θαι; Εἴγε μὴν, ὅσα εἴρηκα περὶ ἐμαυτοῦ, μηδεὶς δύναιτ'
ἂν ἐξελέγξαι με ὡς ψεύδομαι, πῶς οὐκ ἂν ἤδη δικαίως καὶ
19 ὑπὸ θεῶν καὶ ὑπ' ἀνθρώπων ἐπαινοίμην; Ἀλλ' ὅμως σύ με
φῄς, ὦ Μέλιτε, τοιαῦτα ἐπιτηδεύοντα τοὺς νέους διαφθεί-
ρειν; Καίτοι ἐπιστάμεθα μὲν δήπου, τίνες εἰσὶ νέων διαφ-
θοραί· σὺ δ' εἰπὲ, εἴ τινα οἶσθα ὑπ' ἐμοῦ γεγενημένον ἢ ἐξ
εὐσεβοῦς ἀνόσιον, ἢ ἐκ σώφρονος ὑβριστὴν, ἢ ἐξ εὐδιαίτου
πολυδάπανον [a] ἢ ἐκ μετριοπότου οἰνόφλυγα, ἢ ἐκ φιλοπόνου
20 μαλακὸν, ἢ ἄλλης [b] πονηρᾶς ἡδονῆς ἡσσημένον. Ἀλλὰ,
ναὶ μὰ Δία, ἔφη ὁ Μέλιτος, ἐκείνους οἶδα, οὓς σὺ πέπεικάς
σοι πείθεσθαι μᾶλλον, [c] ἢ τοῖς γειναμένοις. Ὁμολογῶ,
φάναι τὸν Σωκράτην, περί γε παιδείας· τοῦτο γὰρ ἴσασιν
ἐμοὶ μεμεληκός· περὶ δὲ ὑγιείας τοῖς ἰατροῖς μᾶλλον οἱ
ἄνθρωποι πείθονται, ἢ τοῖς γονεῦσι· καὶ ἐν ταῖς ἐκκλησίαις
γε πάντως οἱ Ἀθηναῖοι πάντες δήπου τοῖς φρονιμώτατα λέ-
γουσι πείθονται μᾶλλον, ἢ τοῖς προσήκουσιν. οὐ γὰρ δὴ καὶ
στρατηγοὺς αἱρεῖσθε καὶ πρὸ πατέρων καὶ ἀδελφῶν, καὶ, ναὶ
μὰ Δία, γε ὑμεῖς πρὸ ὑμῶν αὐτῶν, οὓς ἂν ἡγῆσθε περὶ
τῶν πολεμικῶν φρονιματάτους εἶναι; Οὕτω γὰρ, φάναι
τὸν Μέλιτον, ὦ Σώκρατες, καὶ συμφέρει καὶ νομίζεται.
21 Οὔκουν, εἰπεῖν τὸν Σωκράτην, θαυμαστὸν καὶ τοῦτό σοι
δοκεῖ εἶναι, τὸ ἐν μὲν ταῖς ἄλλαις πράξεσι μὴ μόνον ἰσο-
μοιρίας τυγχάνειν τοὺς κρατίστους, ἀλλὰ καὶ προτετιμῆσ-

o τὰς εὐπαθείας] Xenophon Agesilai IX. 2. τὴν εὐπάθειαν ῥᾴονα καὶ εὐπορωτέραν. et cap. xi. sect. 9. οὐ καρτερίαν τὴν ἀρετὴν ἀλλ' εὐπάθειαν νομίζων; Sed res ad εὐπάθειαν pertinentes Xenophon vix ipse dixerat εὐπαθείας; unde barbarum εὐπαθεῖσθαι ἐν καπηλείοις nescio unde ductum annotavit Suidas. Plutarchus in Præceptis de Sanitate Tuenda p. 396. ed. Hutten. usum recentiorem aut non satis frequentem vocabuli videtur indigitare: εἴ τις εὐπάθειαν καλεῖ τὴν ἡδυπάθειαν.

a ἢ ἐκ μετριοπότου] Recte vulgatum ἢ ὡς ἐκ μετρ. taciti correxerunt Gesner et Bach, inepte reduxit Zeune.

b πονηρᾶς ἡδονῆς] Non puto Xenophontem ἡδονὴν aliquam πονηρὰν dixisse. Per se enim et vere nulla est πονηρὰ ἡδονὴ, sed qui abutuntur voluptatibus, sunt ii, vel fiunt πονηροί. Xenophon Memorab. I. ii. 64. πονηρὰς ἐπιθυμίας dixit.

c ἢ τοῖς γειναμένοις.] Compara Memorab. I. ii. 49. seqq.

d ἐμὲ δὲ, ὅτι] Halensis Editio ὅτι omiserat, unde Castalio ὃς reposuit. Sequens casus genitivus περὶ τοῦ μεγίστου ἀγαθοῦ τῆς παιδείας, βέλτιστος Atticismo et elegantiæ Xenophonteæ non convenit.

e τὰ ἐκ τῆς δίκης] *Quæ in judicio sunt dicta,* interpretatur Zeune: sed Græca non congruunt sermoni Attico.

θαι· [d] ἐμὲ δὲ, ὅτι περὶ τοῦ μεγίστου ἀγαθοῦ ἀνθρώποις, περὶ παιδείας, βέλτιστος εἶναι ὑπό τινων προκρίνομαι, τούτου ἕνεκα θανάτου ὑπὸ σοῦ διώκεσθαι;

Ἐῤῥήθη μὲν δῆλον ὅτι τούτων πλείονα ὑπό τε αὐτοῦ καὶ 22 τῶν συναγορευόντων φίλων αὐτῷ. ἀλλ' ἐγὼ οὐ τὰ πάντα εἰπεῖν [e] τὰ ἐκ τῆς δίκης ἐσπούδασα, ἀλλ' ἤρκεσέ μοι δηλῶσαι, ὅτι Σωκράτης τὸ μὲν μήτε περὶ θεοὺς ἀσεβῆσαι μήτε περὶ ἀνθρώπους ἄδικος φανῆναι περὶ παντὸς ἐποιεῖτο. Τὸ δὲ μὴ ἀποθανεῖν οὐκ ᾤετο [f] λιπαρητέον εἶναι, ἀλλὰ καὶ 23 καιρὸν ἤδη [g] ἐνόμιζεν ἑαυτῷ τελευτᾶν. [h] Ὅτι δὲ οὕτως ἐγίγνωσκε, καταδηλότερον ἐγίγνετο, ἐπεὶ καὶ ἡ δίκη κατεψηφίσθη. [i] πρῶτον μὲν γὰρ κελευόμενος [k] ὑποτιμᾶσθαι, [l] οὔτε αὐτὸς ὑπετιμήσατο, οὔτε τοὺς φίλους εἴασεν, ἀλλὰ καὶ ἔλεγεν, ὅτι τὸ ὑποτιμᾶσθαι ὁμολογοῦντος εἴη ἀδικεῖν. Ἔπειτα τῶν ἑταίρων [m] ἐκκλέψαι βουλομένων αὐτὸν, οὐκ ἐφείπετο, ἀλλὰ καὶ ἐπισκῶψαι ἐδόκει, ἐρόμενος εἴ που εἰδεῖέν τι χωρίον ἔξω τῆς Ἀττικῆς, ἔνθα οὐ προσβατὸν θανάτῳ.

Ὡς δὲ τέλος εἶχεν ἡ δίκη, εἰπεῖν αὐτόν· Ἀλλ', ὦ ἄνδρες, 24 τοὺς μὲν διδάσκοντας τοὺς μάρτυρας, ὡς χρὴ ἐπιορκοῦντας καταψευδομαρτυρεῖν ἐμοῦ, καὶ τοὺς πειθομένους τούτοις ἀνάγκη ἐστὶ πολλὴν ἑαυτοῖς συνειδέναι ἀσέβειαν καὶ ἀδικίαν. ἐμοὶ δὲ τί προσήκει νῦν μεῖον φρονεῖν, ἢ πρὶν κατακριθῆναι, μηδὲν ἐλεγχθέντι, ὡς πεποίηκά τι ὧν [n] ἐγράψατό με; οὔτε γὰρ ἔγω γε ἀντὶ Διὸς καὶ Ἥρας καὶ τῶν σὺν τούτοις θε-

f λιπαρητέον] Precibus efflagitare est etiam Xenophonti Œcon. II. 16.

g ἐνόμιζεν] Ita Edd. pr. quarum scripturam in ἐνόμισεν mutavit Stephanus.

h Ὅτι δὲ οὕτως] Atqui jam antea sunt hæc demonstrata ab initio libelli.

i πρῶτον μὲν] Particulam μὲν, a Stephano omissam, ex Edd. primis restituit Zeune.

k ὑποτιμᾶσθαι] Cicero Orat. I. 54. *Erat Athenis reo damnato, si fraus capitalis non esset, quasi pœnæ æstimatio. Et sententia cum judicibus daretur, interrogabatur reus, quam quasi æstimationem commeruisse se maxime confiteretur: quod cum interrogatus Socrates esset, respondit, se meruisse ut amplissimis honoribus et præmiis decoraretur, et ei victus quotidianus in Prytaneo publice præberetur: qui honos apud Græcos maximus habetur.* In formula accusationis erat positum a Melito τίμημα θάνατος, teste Diogene. Cum reus contra causam suam æstimare jubebatur, ἀντιτιμᾶσθαι dicebatur, quo verbo utitur Plato Apologiæ sect. 26. Cf. Pollux viii. 150.

l οὔτε αὐτὸς] Inepte editur οὔτε αὐτὸν.

m ἐκκλέψαι] Cf. Platonis Critonem sect. 4.

n ἐγράψατο] Ita cum Edd. pr. Stephanus, ἐγράψαντο cum Brodæo, Leon-

ὢν, οὔτε θύων τισὶ καινοῖς δαίμοσιν, οὔτε ὀμνὺς οὔτε ὀνομάζων
ἄλλους θεοὺς ἀναπέφηνα. Τούς γε μὴν νέους πῶς ἂν διαφ-
25 θείροιμι, καρτερίαν καὶ εὐτέλειαν προσεθίζων; [a] Ἐφ' οἷς
γε μὴν ἔργοις κεῖται θάνατος ἡ ζημία, ἱεροσυλίᾳ, τοιχωρυ-
χίᾳ, ἀνδραποδίσει, πόλεως προδοσίᾳ, οὐδ' αὐτοὶ οἱ ἀντίδικοι
τούτων πρᾶξαί τι [b] κατ' ἐμοῦ φασίν. ὥστε θαυμαστὸν ἔμοι
γε δοκεῖ εἶναι, [c] ὅπως ποτὲ ἐφάνη ὑμῖν τοῦ θανάτου [d] ἔργον
26 ἄξιον ἐμοὶ εἰργασμένον. Ἀλλ' οὐδὲ μέντοι, ὅτι ἀδίκως
ἀποθνήσκω, διὰ τοῦτο μεῖον φρονητέον. [e] οὐ γὰρ ἐμοὶ ἀλλὰ
τοῖς καταγνοῦσι τοῦτο αἰσχρόν ἐστι. παραμυθεῖται δ' ἔτι
με καὶ Παλαμήδης, ὁ παραπλησίως ἐμοὶ τελευτήσας. ἔτι
γὰρ καὶ νῦν πολὺ καλλίους ὕμνους παρέχεται Ὀδυσσέως τοῦ
ἀδίκως ἀποκτείναντος αὐτόν. οἶδ' ὅτι καὶ ἐμοὶ [f] μαρτυρήσε-
ται ὑπό τε τοῦ ἐπιόντος καὶ ὑπὸ τοῦ παρεληλυθότος χρόνου, ὅτι
ἠδίκησα μὲν οὐδένα πώποτε οὐδὲ πονηρότερον ἐποίησα, εὐερ-
γέτουν δὲ τοὺς ἐμοὶ διαλεγομένους, προῖκα διδάσκων ὅ τι
27 ἐδυνάμην ἀγαθόν. [g] Εἰπὼν δὲ ταῦτα, μάλα ὁμολογουμέ-
νως δὴ τοῖς εἰρημένοις ἀπήει καὶ ὄμμασι καὶ [h] σχήματι καὶ
βαδίσματι φαιδρός. Ὡς δὲ ᾔσθετο ἄρα τοὺς παρεπομένους
δακρύοντας, Τί τοῦτο; εἰπεῖν αὐτὸν, [i] ἦ ἄρτι δακρύετε;
οὐ γὰρ πάλαι [k] ἴστε ὅτι, ἐξ ὅτου περ ἐγενόμην, κατεψηφισμέ-

clavio, Welsio et Bachio Zeune dedit. In toto hoc libello solus Melitus accusator nominatur.

a Ἐφ' οἷς γε μὴν] Similia hæc Xenophonteis Memorab. II. ii. 62. seqq. Ceterum ante Zeunium legebatur h. l. ἱεροσυλίαι, τοιχωρυχίαι, ἀνδραπόδισις, πρόδοσις: quam scripturam ille Aretino interprete duce correxit.

b κατ' ἐμοῦ φασίν.] Quidni ἐμέ φασι dixit?

c ὅπως ποτὲ] Ita cum Stobæo Zeune; antea ὅπου legebatur.

d ἔργον ἐμοὶ ἄξιον] Codex Stobæi Brunckianus a Zeunio laudatus, ita h. l. excerpsit: Θαυμαστὸν ἔμοι γε δοκεῖ ὅπως ποτὲ ὑμῖν ἐφάνη τοῦ θανάτου ἔργον ἄξιον ἐμοὶ εἰργασμένον, unde assumsi verbum εἰργασμένον, quo sine sententia plane yacillat, ordinem verborum vulgarem hunc ὑμῖν τὸ τοῦ θανάτου ἔργον ἐμοὶ ἄξιον immutavi. Gesneri conjecturam ἐμοῦ ἄξιον corrigentis, recte reprobavit Ernesti; nihil enim ita ad sententiam redintegrandam proficitur.

e οὐ γὰρ] Codex Stobæi supra laudatus οὔτε γὰρ dat. Ceterum quæ hac sectione continentur, expressa sunt et translata ex Xenophontis sect. 9. et 10. ubi compara, si placet, annotata.

f μαρτυρήσεται] Ita cum Steph. secunda Zeune et Bach. μαρτυρήσετε Edd. pr. deinceps εὐηργέτουν dedit Castalio.

g Εἰπὼν δὲ] Stobæus MS. εἰπὼν δὴ dat, et mox δὴ omittit.

h σχήματι] Ita cum Stobæo MS. Aretino et Gesnero vulgatum σχήμασι correxit Zeune.

i ἦ ἄρτι] Ernestius malebat scriptum una cum interrogatione τί τοῦτο, εἰ ἄρτι.

k ἴστε ὅτι] Ita cum Stephano et Stobæo MS. Zeune scripsit. Vulgo omissum ὅτι Leonclavius ante κατεψηφισμένος posuit.

l ἐμοῖς εὔνοις] Recte Stephanus ἐμοὶ corrigi voluit.

νος ἦν μου ὑπὸ τῆς φύσεως ὁ θάνατος; ἀλλὰ μέντοι, εἰ μὲν ἀγαθῶν ἐπιῤῥεόντων προαπόλλυμαι, δῆλον ὅτι ἐμοὶ καὶ τοῖς [l] ἐμοῖς εὔνοις λυπητέον· εἰ δὲ χαλεπῶν προσδοκωμένων καταλύω τὸν βίον, ἐγὼ μὲν οἶμαι, ὡς εὐπραγοῦντες ἐμοῦ, πᾶσιν ὑμῖν εὐθυμητέον εἶναι. Παρὼν δέ τις Ἀπολλόδωρος, 28
[m] ἐπιθυμητὴς μὲν ἰσχυρῶς αὐτοῦ, ἄλλως δ' εὐήθης, εἶπεν· Ἀλλὰ τοῦτο ἔγωγε, ὦ Σώκρατες, χαλεπώτατα φέρω, ὅτι ὁρῶ σε ἀδίκως ἀποθνήσκοντα. τὸν δὲ λέγεται [n] καταψήσαντα αὐτοῦ τὴν κεφαλὴν εἰπεῖν· Σὺ δὲ, ὦ φίλτατε Ἀπολλόδωρε, μᾶλλον ἂν ἐβούλου με ὁρᾶν δικαίως ἢ ἀδίκως ἀποθνήσκοντα; καὶ ἅμα ἐπιγελάσαι. [o] Λέγεται δὲ καὶ Ἄνυτον 29
παριόντα ἰδὼν εἰπεῖν· Ἀλλ' ὁ μὲν ἀνὴρ ὅδε [p] γε κυδρὸς, ὡς μέγα τι καὶ καλὸν διαπεπραγμένος, εἰ ἀπέκτονέ με, [q] ὅτι, αὐτὸν [r] τῶν μεγίστων ὑπὸ τῆς πόλεως ὁρῶν ἀξιούμενον, [s] οὐκ ἔφην χρῆναι τὸν υἱὸν [t] περὶ βύρσας παιδεύειν. Ὡς μοχθηρὸς οὗτος, ἔφη, ὃς οὐκ ἔοικεν εἰδέναι, ὅτι, ὁπότερος ἡμῶν καὶ συμφορώτερα καὶ καλλίω εἰς τὸν ἀεὶ χρόνον [u] διαπέπρακται, οὗτός ἐστι καὶ ὁ νικῶν. Ἀλλὰ μέντοι, φάναι αὐτὸν, ἀνέ- 30
θηκε μὲν καὶ [x] Ὅμηρος ἔστιν οἷς τῶν ἐν [y] καταλύσει τοῦ βίου προγιγνώσκειν [z] τὰ μέλλοντα· βούλομαι δὲ καὶ ἐγὼ χρησμῳδῆσαί τι. συνεγενόμην γάρ ποτε βραχέα τῷ Ἀνύτου

m ἐπιθυμητὴς μὲν] Stobæus p. 94. ἐπιθ. μὲν ὢν dat, quod probabat Zeune. Post εἶπεν Edd. pr. addunt ἄρα.

n καταψήσαντα] Eundem gestum Socratis annotavit Plato Phædonis sect. 38.

o Λέγεται δὲ] Ex Stobæo δὲ restituit Zeune.

p γε κυδρὸς] Ita cum Brodæo, Stobæo, et Stephano Zeune: φαιδρὸς Castalio et Aretinus habent.

q ὅτι, αὐτὸν] Stobæus οὕτως καὶ τ. μ. αὐτὸν ὑπὸ. Brodæus corrigebat καὶ αὐτὸν τ. μ. ὑπὸ.

r τῶν μεγίστων — ἀξιούμενον] De eodem Anyto Socrates in Platonico Menone sect. 18. αἱροῦνται γοῦν αὐτὸν ἐπὶ τὰς μεγίστας ἀρχάς. Amator Alcibiadis fuit, teste Plutarcho Alc. c. 4. Idem Plutarchus in Coriolano c. 14. Ἀθήνησι λέγεται πρῶτος ἀργύριον δοῦναι δικασταῖς Ἄνυτος ὁ Ἀνθεμίωνος προδοσίας περὶ Πύλον κρινόμενος ἐν τοῖς Πελοποννησιακοῖς ἤδη τελευτῶσι. Idem tradit Aristoteles apud Harpocrationem in δεκάζων. Diodorus Siculus xiii. 64. Anytum accusatum judicium corrupisse argento dato ait sub Olympiadis 92. anno 4. quarto anno ante finem belli Peloponnesaici.

s οὐκ ἔφην] Stobæus οὐκ ἔτι et mox ἐπὶ βύρσας inepte scriptum habet.

t περὶ βύρσας παιδεύειν] Plato Apologiæ sect. 10. ἐκ τούτων καὶ Μέλιτός μοι ἐπέθετο — Ἄνυτος δὲ ὑπὲρ τῶν δημιουργῶν. Coriarius fuisse videtur Anytus,

u διαπέπρακται] Stobæus habe : συμφορώτερος καὶ καλλίων εἰς τὸν ἀεὶ χρόνον διαπέπλασται, χείρων δέ ἐστιν ὁ νικῶν.

x Ὅμηρος] Patroclum Il. π, 851. Hectorem X. 358. Cf. Cicero de Divinatione I. 30. Ceterum Plato Apologiæ 30. Aliter præfantem vaticinio simili facit Socratem: καὶ γάρ εἰμι ἤδη ἐνταῦθα ἐν ᾧ μάλιστα ἄνθρωποι χρησμῳδοῦσι, ὅταν μέλλωσιν ἀποθανεῖσθαι.

υἱῷ, καὶ ἔδοξέ μοι οὐκ ἄῤῥωστος τὴν ψυχὴν εἶναι. ὥστε
φημὶ, αὐτὸν ἐπὶ τῇ δουλοπρεπεῖ διατριβῇ, ἣν ὁ πατὴρ αὐτῷ
παρεσκεύακεν, οὐ διαμενεῖν· διὰ δὲ τὸ μηδένα ἔχειν σπου-
δαῖον ἐπιμελητὴν, προσπεσεῖσθαί τινι αἰσχρᾷ ἐπιθυμίᾳ, καὶ
προβήσεσθαι μέντοι πόῤῥω μοχθηρίας. Ταῦτα δ᾽ εἰπὼν οὐκ
31 ἐψεύσατο· ἀλλ᾽ ὁ νεανίσκος ἡσθεὶς οἴνῳ, οὔτε νυκτὸς οὔτε
ἡμέρας ἐπαύετο πίνων· καὶ τέλος οὔτε τῇ ἑαυτοῦ πόλει οὔτε
τοῖς φίλοις οὔτε αὑτῷ ἄξιος οὐδενὸς ἐγένετο. Αὐτὸς μὲν δὴ,
διὰ τὴν τοῦ υἱοῦ πονηρὰν παιδείαν καὶ διὰ τὴν αὑτοῦ ἀγ-
νωμοσύνην, ἔτι καὶ τετελευτηκὼς τυγχάνει κακοδοξίας.
32 Σωκράτης δὲ διὰ τὸ μεγαλύνειν ἑαυτὸν ἐν τῷ δικαστηρίῳ,
φθόνον ἐπαγόμενος, μᾶλλον καταψηφίσασθαι ἑαυτοῦ ἐποίησε
τοὺς δικαστάς. [a] ἐμοὶ μὲν οὖν δοκεῖ θεοφιλοῦς μοίρας τετυ-
χηκέναι. τοῦ μὲν γὰρ βίου τὸ χαλεπώτατον ἀπέλιπε, τῶν δὲ
33 θανάτων τοῦ ῥᾴστου ἔτυχεν. Ἐπεδείξατο δὲ τῆς ψυχῆς
τὴν ῥώμην. ἐπεὶ γὰρ ἔγνω τοῦ ἔτι ζῆν τὸ τεθνάναι αὑτῷ
κρεῖσσον εἶναι, ὥσπερ οὐδὲ πρὸς [b] τἄλλα τἀγαθὰ [c] προσάν-
της ἦν, οὐδὲ πρὸς τὸν θάνατον ἐμαλακίσατο, ἀλλ᾽ ἱλαρῶς
34 καὶ προσεδέχετο αὐτὸν καὶ [d] ἐπετελέσατο. Ἐγὼ μὲν δὴ
κατανοῶν τοῦ ἀνδρὸς τήν τε σοφίαν καὶ τὴν γενναιότητα, οὔτε
μὴ μεμνῆσθαι δύναμαι αὐτοῦ, οὔτε μεμνημένος μὴ οὐκ

y καταλύσει τοῦ βίου] Intellige ὄντων, quod Xenophon ipse non omisisset.

z τὰ μέλλοντα] Ernesti bene viderat articulum τὸ deesse; sed non bene τὸ ἐν καταλύσει τοῦ βίου corrigi voluit. Ceterum vaticinium ipsum, quo Anyto filii prodigi exitum prædicit, non eo animo, ut pater filium mature ad frugem redire cogat et rectius educet, sed potius ut patri superbienti de morte Socratis ægre faceret, Socrate non dignum censuisset Xenophon.

a ἐμοὶ μὲν — ἔτυχεν] Tertium redit ineptus scriptor ad eandem sententiam. Sed voluit reddere locum Xenophontis IV. viii. 1. qui θανάτους non dixisset, credo, plurali numero.

b τἄλλα τἀγαθὰ] Alterum articulum omittere debebat scriptor, aut librarius addidit.

c προσάντης] Facilem interpretatur Index Zeunianus; cum ceteris scriptoribus sit acclivis, arduus et difficilis. Sed quocunque modo interpreteris difficile est dictu, quid scriptor spectaverit, quid nomine ἀγαθῶν intelligi voluerit? Si mortem ἐν καιρῷ τῆς ἡλικίας accedentem inter ἀγαθὰ numeravit, cur verbo ἐμαλακίσατο usus est?

d ἐπετελέσατο] Nescio an alibi ἐπιτελεῖν θάνατον occurrat; media forma certe nemo usus est hac quidem significatione.

e τῶν ἀρετῆς] Stephanus ἀρετῶν nescio unde induxit, quod rejecit Zeune. οἱ ἀρετῆς ἐφιέμενοι sunt Memorab. IV. viii. 11. et supra sect. 17.

f ὠφελιμοτέρῳ] Xenophon Memor. IV. viii. 11. οἱ ἀρετῆς ἐφιέμενοι πάντες ἔτι καὶ νῦν διατελοῦσι πάντων μάλιστα ποθοῦντες ἐκεῖνον, ὡς ὠφελιμώτατον ὄντα πρὸς ἀρετῆς ἐπιμέλειαν. Hæc scriptor Apologiæ augenda sibi putavit.

g ἀξιομακαριστότατον] Nec hoc vocabu-

ἐπαινεῖν· ει δέ τις [e] τῶν ἀρετῆς ἐφιεμένων [f] ὠφελιμωτέρῳ τινὶ Σωκράτους συνεγένετο, ἐκεῖνον ἐγὼ τὸν ἄνδρα [g] ἀξιομακαριστότατον νομίζω.

lum Xenophonteum est. Cyropædia VII. ii. 6. *μακαριστοὺς* tales dicit, sect. 27. *βιοτὴν μακαριστοτάτην*, et Memor. II. i. 33. *εὐδαιμονίαν μακαριστοτάτην*. In Anabasi I. ix. 6. *πολλοῖς μακαριστὸν εἶναι ἐποίησεν* est.

ADDENDA ANNOTATIONIBUS.

Ad I. i. 7. *πάντα τὰ τοιαῦτα μαθήματα καὶ ἀνθρώπου γνώμῃ αἱρετέα ἐνόμιζεν εἶναι.* Tolerari posset hæc scriptura, nisi *καὶ* ante *ἀνθρώπου* additum esset: itaque *αἱρετὰ* scribendum est, *prudentia et ratione humana assequi et capere licet ista omnia.* Sic infra I, v. 5. *εὐκτὸν* vulgabatur, ubi cum Weiskio *εὐκτέον* scripsi.

Ad I. ii. 2. *ἀλλ' ἔπαυσε μὲν τούτων πολλούς.* Miror vitium latuisse hucusque tot Interpretes; scribendum enim Ἀλλ' ἔπαυσε *μὴν τ. π.* Particulæ *ἀλλὰ* cum *μὲν* junctæ hoc quidem sensu exemplum hucusque nullum vidi aliud allatum.

Ad I. ii. 20. In loco Theognidis Codex Stobæi Parisinus A, quem cum vulgato textu comparaverat H. Grotius, cujus annotationum apographum illatum Bibliothecæ regiæ Gœttingensi, dum hæc commentabar, manibus versabam, idem ille cujus varietatem ex bibliotheca Leidensi cum Ernestio communicaverat Ruhnkenius, *διδάξεαι* et deinde §. 21. *νουθετικῶν*, ubi editus *νομοθετικῶν*, habet. Cum liber iste scriptus ex optimorum genere sit, et lectiones aliquot bonas solus exhibeat, quas adeo Xenophontis orationi inserere Interpretes dignati sunt, nolo committere, ut varietatem ab Ernestio nescio qua de caussa omissam taceam.

Ad I. iii. 7. *Οἴεσθαι δ' ἔφη ἐπισκώπτων* et reliqua. Miror ab Ernestio omissam scripturam Codicis A Parisini: *Οὐκ οἴεσθε δ', ἔφη ἐπισκώπτων, καὶ τὴν,* et cet. quæ orationem variare et colloquii formam suavitatemque magis referre mihi videbatur. Schow in Stobæo Οἴεσθε δὲ (ἔφη ἐπισ.) edidit, et deinde *ἀποσχόμενον τοῦ* pro vulgato *τὸ* Codd. omnes a se inspectos scriptum habere annotavit.

Ad I. iii. 8. *Ἀλλὰ καὶ Κριτόβουλόν ποτε τὸν Κρίτωνος πυθόμενος ὅτι ἐφίλησε τὸν Ἀλκιβιάδου υἱὸν καλὸν ὄντα;* deinde sect. 10. *Οὐ γὰρ οὗτος, ἔφη, ἐτόλμησε τὸν Ἀλκιβιάδου υἱὸν φιλῆσαι ὄντα εὐπροσωπότατον καὶ ὡραιότατον;* Dum quæro quis fuerit ille Alcibiades, cujus filium pulcherrimum osculatus Critobulus reprehensionem Socratis meruerit; ab Interpretibus quidem nihil ad hunc locum annotatum reperi, sed a Zeunio hanc brevem notitiam in Indicem nominum conjectam vidi: *Alcibiades minor, Alcibiadis filius pulcherrimus quem osculatur Critobulus* I. iii. 8. 10. Mirum unde nomen patris pueri pulcherrimi exsculpserit vir doctus. Patris enim nomen in Græcia, filius fere alter, avi primum natus gerere solebat. Deinde Alcibiadem unum memorat historia hujus ævi, Cliniæ filium, Socratis consuetudine et Platonicis dialogis virorum doctorum memoriæ satis commendatum. Hujus vero filius nullus fuit, quem quidem historia commemoraverit: nec, si fuit aliquis, potuit is cum Socrates adhuc viveret, ætatem istam attigisse, ut ejus disciplina uteretur. Quid multa? Locus est in Symposio Xenophontis cap. iv. sect. 23. ubi Critobulus amore Cliniæ captus atque adeo osculo capto ab eo incensus fuisse traditur: unde apparebit Cliniam hic intelligi. Deinde aliunde docebo hunc fuisse Alcibiadis fratrem juniorem, Cliniæ filium alterum vel tertium, adeoque vitium esse in vocabulo *υἱὸν*, idque corrigendum esse reposito *ἀδελφόν*. Primum igitur in Xenophontis Symposio Socratem Hermogenes reprehendit, quod Critobulum amore insano Cliniæ incensum et quasi stupentem revocare ad frugem non conatus sit: cui respondet Socrates: Putasne eum ex quo mecum versatur, hunc errare errorem? At is amorem Cliniæ concepit jam tum animo, cum eosdem cum illo literarum magistros frequentaret. Multo quidem jam modestior factus is est, posteaquam a patre mihi traditus commendatusque consuetudine mea uti

cœpit. Antea enim insaniæ propior erat amor iste Cliniæ, quem quidem osculatus esse mihi videtur Critobulus, ut hoc in animi tantum incendium incideret: καί τοι, νὴ τοὺς θεοὺς, ὦ ἄνδρες, δοκεῖ μοί γε, ἔφη, ὡς ἐν ὑμῖν αὐτοῖς εἰρῆσθαι, οὗτος καὶ πεφιληκέναι τὸν Κλεινίαν, οὗ ἔρωτος οὐδέν ἐστι δεινότερον ὑπέκκαυμα. Cliniam Alcibiadis fratrem nominat Platonicus Alcibiades I. sect. 31. p. 126. ed. Berolinensis sec. ubi Socrates ad Alcibiadem Ἀλλὰ Κλεινίαν τὸν σὸν ἀδελφὸν ἐποίησε Περικλῆς σοφόν; cui reponit Alcibiades Τί δ' ἂν αὖ Κλεινίαν λέγοις μαινόμενον ἄνθρωπον; Idem Plato in Protagora p. 106. ed. Bipont. Κλεινίαν τὸν Ἀλκιβιάδου τουτονὶ νεώτερον ἀδελφὸν ἐπιτροπεύων ὁ αὐτὸς οὗτος ἀνὴρ Περικλῆς, δεδιὼς περὶ αὐτοῦ μὴ διαφθαρῇ δὴ ὑπὸ Ἀλκιβιάδου, ἀποσπάσας ἀπὸ τούτου καταθέμενος ἐν Ἀρίφρονος ἐπαίδευε καὶ πρὶν ἓξ μῆνας γεγονέναι ἀπέδωκε τούτῳ, οὐκ ἔχων ὅ τι χρήσαιτο αὐτῷ. Hæc dicentem facit Plato Socratem anno I. Olympiadis 90. ut ex loco p. 121. apparet, ubi Pherecrates poeta comœdiam Ἄγριοι inscriptam anno præterito edidisse dicitur. Fuit autem eodem tempore alter Athenis Clinias Axiochi filius; is vero Axiochus erat filius Alcibiadis antiquioris, Ἀλκιβιάδου τοῦ παλαιοῦ, patruelis Alcibiadis recentioris, ejusdem de quo Xenophontei et Platonici libri loquuntur, αὐτανεψιὸς τοῦ νῦν ὄντος Ἀλκιβιάδου, ut est apud Platonem in Euthydemo p. 12. In eodem dialogo Critobulus Critonis filius natu major ἤδη ἡλικίαν ἔχων inducitur, quem cui tradat erudiendum pater adhuc dubius hæret (p. 78). Hunc eundem Cliniam Axiochi filium cum Damone præceptore et Charmide Glauconis filio, amatore commemorat auctor Axiochi dialogi p. 181. ed. Bipont.

Ad I. iii. 13. ὅτι σὺ οὐχ ὁρᾷς; Idem Codex A Parisinus Stobæi ἢ γὰρ οὐχ ὁρᾷς pro vulgato ibi ὃ σὺ οὐχ ὁρᾷς.

Ad I. vi. 7: κρείττους τε γίγνονται. Idem Codex A Paris. τε omittit.

Ad I. vi. 9. ἐὰν δὲ δὴ φίλους scriptum habet etiam uterque Codex Parisinus Stobæi, A et N, nec erat, cur lectio antiqua in ἐὰν δὲ ἢ ex versione Bessarionis atque edito Stobæo mutaretur. Deinde Codex A rectius ὦ τὸ παρὸν ἀρκοίη dat cum libris scriptis a Schowio inspectis.

Ad I. vi. 15. Idem ille Codex Parisinus, qui supra §. 14. ἔχω, deinde ἡγοῖτο, πράττοι, ἐπίσταιτο scriptum habet, admonente Ernestio, hic πράττοιμι, εἴτε ἐπιμελοίμην scriptum habet.

Ad II. i. 18. πονῶν εὐφραίνεται. Idem ille Stobæi Codex, ex quo annotatum a Grotio πονῶν vulgari φρονῶν substituit Ernesti, sectione vero 19. οἴεσθαι χρὴ vulgatum οἶσθα, ὡς χρὴ equidem correxi, deinceps οἷον τὰ θηρία θηρῶντες pro εἰ δὲ τ. θ. θ. dabat, quod annotare omisit Ernesti. Sectione 20. vulgatus Stobæi codex exhibet scriptum ἐξικνεῖσθαι πονοῦσιν, quod repetiit nupera Editio Schowiana p. 59. sed Codex Paris. alter a Grotio comparatus ποοῦσιν habet scriptum.

In verbis Epicharmi nupera Editio Stobæi p. 59. ex Codice nescio quo prodidit; ὦ πονηρὲ, μή τι μαλακῶς, εἰ μὴ τὰ σκληρ' ἔχεις, cum antea esset ὁ μὴ τ. σ. ἔ. Codex Grotii dabat: Ὦ π. μὴ ποτὰ μαλακὰ Μῶσομ τὰ. sed antea aliter fuisse scriptum apparebat. In illa scriptura fortasse latet lectio μή πω τὰ μαλακὰ μώεο, μὴ τὰ σκ. ἔχῃς.

Ad II. iii. 9. μηχανᾶσθαι. Vulgatum in Stobæo μηχανήσασθαι in illud tempus præsens mutat Codex A Parisinus, ex quo paulo antea sect. 9. ἀδελφὸν, ὃν φῂς fuit receptum a Zeunio. Idem sect. 14. vulgatum ὅς γε κελεύεις ἐμὲ νεώτερον et κατηγεῖσθαι, cum editus textus ὅς με κ. νεώτερον — ἡγεῖσθαι exhibeat. Idem sect. 16. ὑποδεῖξαι pro ὑπεῖξε dat.

Ad II. iii. 17. Τί γὰρ ἄλλο ἢ κινδυνεύσεις ἐπιδεῖξαι, σὺ μὲν χρηστός τε — ἐκεῖνος δὲ et reliqua. Idem Codex A Parisinus Joannis Stobæi verba sic ordinat τί γὰρ ἄλλο κινδυνεύσεις ἢ σὺ μὲν et reliqua.

Ad II. iv. 6. τῆς τῶν ἰδίων κατασκευῆς καὶ τῶν κοινῶν πράξεων. Subito mihi via facilis sese ostendit ad vitium lectionis vulgatæ emendandum. Corrigo πράξεως: Sæpiuscule in his ipsis libris πράττειν τὰ τῆς πόλεως est de republica gerenda: eadem sunt τὰ κοινά. Infra III. iv. 12. ἡ γὰρ τῶν ἰδίων ἐπιμέλεια πλήθει μόνον διαφέρει τῆς τῶν κοινῶν — οἷς οἱ ἐπιστάμενοι χρῆσθαι καὶ τὰ ἴδια καὶ τὰ κοινὰ καλῶς πράττουσι.

Ad III. i. 7. Idem Codex A Parisinus τεταγμένον τοῦ ἀτάκτου, sectione 8. ὦ νεανίσκε, sect. 9. τοὺς ἀδίκους καὶ τοὺς κακοὺς ἐδίδαξεν, denique εἴ γε ἀργύριον dat. Idem sect. 10. Τί γε; τοὺς κινδυνεύειν, postea Ἀτὰρ cum Edd. Xenophontis præfert, cum in vulgato Stobæo Αὐτὰρ extet.

Ad III. iv. 8. Verba οὐκοῦν, ἔφη, vulgo in Stobæo omissa supplet Codex a Grotio comparatus; idem deinceps ἑαυτοῖς κατασκευάζειν — ἑκάστους τοῖς ἐπιτηδείοις dat: postea sect 9. πῶς οὐκ ἀμφοτέροις; dat in fine sectionis περὶ τὰ αὑτῶν ἔργα: et sect. 10. πάντα ὅμοια καὶ ἀμφοτέρων ἐστίν. Sed omnium maxime assensum virorum doctorum merebitur, ut spero, lectio sect. 7. ὡς οἱ ἀγαθοὶ οἰκονόμοι ἀγαθοὶ στρατηγοὶ ἂν εἶεν. Mihi quidem articulus ab initio sententiæ plane necessarius esse videbatur.

Ad III. v. 14. ἀλλ' εἰ μὲν ἐξευρόντες τὰ τῶν προγόνων ἐπιτηδεύματα μηδὲν χεῖρον ἐκεί-

των ἐπιτηδεύοιεν, οὐδὲν ἂν χεῖρους ἐκείνων γενέσθαι. Neglexi vitium loci, quod Zeune obtegere conatus est annotatiuncula hac: γενέσθαι] *Scilicet* δοκεῖ μοι εἶναι. Modus infinitus hic locum non habet. Aut igitur scribendum est εἶεν, aut omnia hæc verba plane delenda sunt, utpote ex sequenti membro huc translata. Sensus etiam absque iis bene constat. Solennis enim Atticorum brevitas ante membri alterius εἰ δὲ μὴ omittit formulam quæ sensum absolvit: aut si desideras tamen sententiæ supplementum, ex superioribus repete ἀναλάβοιεν ἂν τὴν ἀρχαίαν ἀρετήν.

Ad III. v. 15. ἢ σωμασκήσουσιν οὕτως; οἳ οὐ μόνον αὐτοὶ εὐεξίας ἀμελοῦσι, ἀλλὰ καὶ τῶν ἐπιμελουμένων καταγελῶσι. Concinnitas membrorum et orationis elegantia laborant, et vitium vulgatæ lectionis arguunt. Incipit Pericles Πότε γὰρ οὕτως Ἀθηναῖοι — αἰδέσονται; sequitur ἢ σωμασκήσουσιν οὕτως; — Tertio ait Πότε δὲ οὕτω πείσονται; Quartum membrum incipit ἢ πότε οὕτως ὁμονοήσουσιν; Mihi quidem nulla superest dubitatio πότε in altero membro excidisse, et particulam ἢ mutandum in δὲ. Scribendum igitur puto Πότε γὰρ — Πότε δὲ — Πότε δέ — Ἢ πότε, et cett.

Superest ut de re ipsa videamus. Conqueritur scilicet Pericles neglectam vulgo a civibus Atticis curam corporis gymnasiorum genere vario exercendi et ad sanitatem usumque bellicum roborandi præparandique. Querelam eandem reperio in Aristophanis Ranis Olympiadis 93. anno 3 editis, versu 1069. ἢ 'ξεκένωσε τάς τε παλαίστρας. Lex Solonis servis usu gymnasiorum interdixerat, quo magis cives liberos ad corporis exercitationes frequentandas impelleret. Locus est classicus Æschinis contra Timarchum p. 147. Δοῦλον, φησὶν ὁ νόμος, μὴ γυμνάζεσθαι μηδὲ ξηραλοιφεῖν ἐν ταῖς παλαίστραις — Ὁπότε γὰρ οἱ νομοθέται τὸ καλὸν τὸ ἐκ τῶν γυμνασίων κατιδόντες ἀπεῖπον τοῖς δούλοις μὴ μετέχειν, τῷ αὐτῷ νόμῳ ἡγοῦντο ὧ ἐκείνους ἐκώλυον τοὺς ἐλευθέρους προτρέπειν ἐπὶ τὰ γυμνάσια. Hinc in dialogo Axiochi nomine inscripto adolescentes gravantur gymnastarum et gymnasiarchorum severitatem: καὶ φόβος χείρων εἴη τὸ Λύκειον καὶ Ἀκαδημία καὶ γυμνασιαρχία καὶ ῥάβδοι (gymnastæ) καὶ κακῶν ἀμετρίαι. Sed cum Solonica civitatis Atticæ forma leges etiam et instituta plurima paulatim in desuetudinem et oblivionem abierant; quod accidit etiam exercitationibus gymnicis, quarum usum retinuerunt eatenus, quatenus gymnasiarchi, munus publicum suis sumtibus sustinentes, ad certamina gymnica publice instituenda festis diebus veluti Panathenæis aliisque, adolescentes puerosque, qui sponte honori deorum corpus præbere exercendum vellent, in gymnasiis publicis instituendos a gymnastis curabant eosdemque alebant. Locus est Xenophontis de republica Atheniensi I. sect. 13. Τοὺς δὲ γυμναζομένους αὐτόθι καὶ τὴν μουσικὴν ἐπιτηδεύοντας καταλέλυκεν ὁ δῆμος (i. e. plebs, recepta forma reipublicæ democratica) νομίζων τοῦτο οὐ καλὸν εἶναι, γνοὺς ὅτι οὐ δυνατὰ ταῦτά ἐστιν ἐπιτηδεύειν. Ἐν ταῖς χορηγίαις αὖ καὶ γυμνασιαρχίαις καὶ τριηραρχίαις γιγνώσκουσιν, ὅτι χορηγοῦσι μὲν οἱ πλούσιοι, χορηγεῖται δὲ ὁ δῆμος, καὶ γυμνασιαρχοῦσιν οἱ πλούσιοι ὁ δὲ δῆμος — καὶ γυμνασιαρχεῖται. Alter est locus de Reditibus IV. 52. οἵ τε γὰρ ταχθέντες γυμνάζεσθαι πολὺ ἂν ἐπιμελέστερον πράττοιεν τὰ ἐν τοῖς γυμνασίοις τὴν τροφὴν ἀπολαμβάνοντες πλείω ἢ ἐν ταῖς λαμπάσι γυμνασιαρχούμενοι. Ubi οἱ ταχθέντες γ. videntur esse ephebi Attici. Deinde idem locus docet certamen λαμπαδοφορίας publicum festis Vulcani, Promethei aliisque diebus institutum fuisse sumtibus gymnasiarchi a tribu sua electi, qui adolescentibus ad istud certamen exerceri solitis in publicis gymnasiis victum etiam præbebat.

Ad III. ix. 1. πρὸς τὰ δεινὰ dat etiam Codex A Paris. et sect. 2. νομίζω, cum vulgatus Stobæi textus vitiosas lectiones exhibeat.

Ad III. ix. 14. Verba in vulgatis Stobæi et quibusdam Xenophontis Editionibus omissa οἶμαι, deinde καὶ μελετήσαντα Codex Paris. a Grotio comparatus supplet.

Ad III. x. 5. verba καὶ τὸ ταπεινόν τε καὶ ἀνελεύθερον male omittit Codex A Parisinus: contra statim σωφρονικὸν exhibet, quod vulgato σωφρονητικὸν præstare mihi quidem videbatur. Eandem vocabuli formam Xenophon supra I. iii. 9. adhibuit, item Aristophanes Equitum versu 545. Altera forma non habitum aliquem animi, sed potius actum significat, ut dicitur φιλοφρονητικὴ προσφώνησις. In Musonii loco apud Stobæum Serm. 17. p. 167. τροφὴ σωφρονικοτέρα rectius est in Codice A Parisino quam σωφρονεστέρα in vulgato.

Ad III. xiii. 4. κολάσαντός τινος ἰσχυρῶς ἀκόλουθον. Articulus τὸν abesse mihi videtur librariorum negligentia.

Ad IV. i. 2. ταχύ τε μανθάνειν. Stobæi Codex a Grotio comparatus, non vulgatus typis, ταχύτερον dat; idem deinceps verba καὶ τοὺς οἴκους καλῶς οἰκεῖν, vulgo omissa, inserit.

Ad IV. ii. 25 et 26. Stobæus editus Coloniæ Allobr. τοὔνομα μόνον τὸ ἑαυτοῦ — ὧν ἂν βούλωνται γνῶναι — οὗτος ἑαυτὸν ἐπισκ. — dat, sed Codex A Paris. οὗ ἂν β. γ. exhibet scriptum, deinde οὗτος ὁ ἐπισκ. Schow in nupera Editione Lipsiensi Sermonum Stobæi priorum ex tribus Codd. οὕτως ἑαυτὸν ἐπ. posuit, sed vitiosum ὧν reliquit.

Equidem in sequentibus scriptum nunc malim Οὗτος ἔμοιγε δοκεῖ, ἔφη, ὁ μὴ εἰδὼς et reliqua. Sect. 26. Stobæus editus ἴσχουσιν ἀγαθὰ ἄνθρωποι dat:

Ad IV. ii. 29. rectum αἱ μὲν ἀνάστατοι — δοῦλαι dat Codex A Parisinus Stobæi, qui statim sect. 30. ὡς πάνυ μοι δοκοῦν proxime ad verum scriptum exhibet. Vulgatum δοκεῖ ex suis libris scriptis reduxit Schow. Sect. 32. σωθῶσιν dat cum Edd. Xenophontis, deinde ὁρᾷς, ἔφη, καὶ τῶν ὠφελίμων omissa particula ὅτι.

Ad IV. ii. 32. Ταῦτα — βλάπτοντα οὐ μᾶλλον, et cetera. Codex A Parisinus plane firmat Brodæi correctionem Ταῦτα —βλάπτοντα τί μᾶλλον cum interrogatione scriptum recte exhibens.

Ad IV. iii. 8. καὶ ὅταν αὖ πάλιν ἀπιὼν γίνηται, (ἔνθα — ψύχους) Video parentheseos signum ex editione Ernestiana translatum in Zeunianam et meam vertendo reddidisse etiam Weiskium: verum id orationis consecutionem mire perturbat, et barbaram adeo efficit. Necesse enim ita est verba ἀπιὼν γίνηται, ita interpretari, quasi scriptum esset ἀπογίνηται, *cum iterum sol abiit*: quod per Græci sermonis ingenium et usum an liceat facere, valde equidem dubito. Recte igitur Schutziana Editio parenthesin sustulit, quo facto sententia hoc ordine verborum decurrit; Cum iterum *sol hinc abiit eo usque, ut facile judicare possimus nos, si ultra is progressus fuerit, frigore congelatos perituros fuisse, rursus conversus ad nos revertitur.*

Ad IV. iii. 14. Locum Clementis sub nomine Xenophontis ita exscripsit Joannes Stobæus Eclog. ethicarum p. 157. Δαίμονες οἱ τὰ μέγιστα διαπρασσόμενοι ἥκιστα ἀνθρώποισι ἐπιφαίνονται· ὁ γοῦν πάντα σείων — μέγας τις καὶ δυνατὸς, φανερὸν, ὁποῖος δὲ τὴν μορφὴν — ἥλιος, οὐδ᾽ οὗτος αὐτὸν, ὡς ἔοικεν, ὁρᾷν ἐπιτρέπει, ἀλλ᾽ ἄν τις. in quibus lectiones insunt aliquot meliores.

Ad IV. iv. 5. βούλοιτο pro vitioso μέλλοιτο dedit ex Codd. Stobæi a se inspectis Schow. In extrema sectione quatuor Codd. eidem offerebant μὴ εἶναι ὅπη ἂν ἐλθὼν, ipse Schow ποῖ ἂν edidit. sect. 6. μὲν πρότερον Codd. omnes Schowio pro vitioso πρὶν dederunt.

Ad IV. iv. 10. ἀξιοτεκμαρτότερον. Lectio Stobæi est manuscripti ἀξιοτέκμαρτον τοῦ λόγου εἶναι, quam ex Ernestiana Editione annotavi. Eandem in Gœttingensi Apographo ex Codice Paris. A excerptam video a Grotio, sed idem indidem πόλλ᾽ ἄδικα ποιοῦσι annotavit, denique πράττων οὐδ᾽ ἂν εἷς: adeo vana apparet lectio Zeuniana πραττόντων!

Ad IV. iv. 14. οὕς γε πολλάκις Codd. omnes Schowii in Stobæo exhibent scriptum. sect 15. Codex Parisinus A τοῖς νόμοις μᾶλλον ἐνεργάσατο exhibet pro vulgato μάλιστα.

Ad IV. iv. 16. ὅπως — τοὺς αὐτοὺς ποιητὰς αἱρῶνται. i. e. ut iisdem poetis præmium decernant. Respicit enim Socrates ad festorum dierum, inprimis Baccho sacrorum, ludos scenicos et choros, ad quos choragi a tribubus decem electi tibicines peritissimos conducebant et poetas doctissimos eligebant.

Ad IV. iv. 17. Verba τίνι δ᾽ ἂν μᾶλλον πολέμιοι —εἰρήνης in Stobæo omissa supplet Codex A Paris. deinceps πιστεύσειαν ἡγεμονίαν omisso ἢ dat Stobæus.

Ad IV. v. 3. omissum γε in Stobæo post παντάπασι addit Codex A Parisinus: idem sect. 8. εἰκὸς ἀρίστου dat; sect. 10. τῷ γὰρ ἂν φήσαιμεν τῶν τοιούτων ἧττον προσήκειν. sect. 11. λέγειν, ἀνδρὶ, omisso ὡς: deinde ἀμαθεστάτου; οὗτος γὰρ et reliqua.

Ad IV. v. 10. τοῦ ἐπιμεληθῆναι τῶν τοιούτων τινὸς, δι᾽ ὧν ἄν τις καὶ τὸ ἑαυτοῦ σῶμα καλῶς διοικήσειε. Mihi additum τινὸς ineptum plane videtur et a sententia loci alienum.

Ad IV. v. 11. ἀμαθεστάτου ex libris tribus scriptis edidit etiam Schow in Stobæo.

Ad IV. vi. 9. ἢ, εἰ ἔστιν, ὀνομάζεις — καλὸν ὄν; Bene cecidit error vel calami vel typorum. Nihil enim profici conjectura, qua scribi volebam ἢ ἔστιν, nunc demum video. Saltem ἢ, ἢ ἔστιν; ἢ ὀνομάζεις scribendum fuit.

Ad IV. vi. 10. Νὴ Δί᾽, ἔφη. Sententia negationem Μὰ Δί᾽, ἔφη. postulat.

Ad Apologiam Socratis §. 25. Idem ille Stobæi Codex A Parisinus exhibet lectionem a Zeunio memoratam ex Codice Brunckiano, qui videtur idem esse: Θαυμαστὸν ἔμοιγε δοκεῖ, ὅπως ποτὲ ἐφάνη ὑμῖν τὸ τοῦ θανάτου ἔργον ἄξιον ἐμοὶ εἰργασμένον. Deinde sect. 27. ἴστε ὅτι habet, quod ex Brunckiano recepit Zeune. Sectione 29. ἀξιούμενον, ἔφην οὐκέτι χρῆναι scriptum in tribus Codd. Stobæi annotavit Schow: deinceps ὦ μοχθηρὸς dat Stobæus editus et scriptus.

EPIMETRUM

AD

XENOPHONTIS MEMORABILIUM

III. viii. 9.

DESCRIPTIONEM PARTIUM DOMUS GRÆCÆ ET VOCABULORUM, QUIBUS EÆ DESIGNANTUR, INTERPRETATIONEM CONTINENS.

Cum vir doctus B. Weiske locum hunc Xenophontis difficillimum sibi visum non solum longiore annotatione sed addita etiam pictura lineari domus Græcæ illustrandum putaverit, necesse mihi etiam fuit in eundem disputationis campum exspatiari, ubi nec messem nec gloriæ spicilegium facere mihi posse videor. Errores tamen aliquos ex lectorum animis eradicare conabor, quos viri docti hucusque in fabrica domorum Græcarum explicanda admiserunt, confisi auctoritate Vitruvii, cujus tamen doctrina omnis aut plane non pertinet ad ætatem Xenophonteam et tempora Græciæ florentis, aut Vitruvius ipse in interpretandis male nominibus et vocabulis a totius fabricæ rationibus plane aberravit. Hunc ducem cum sequeretur Weiske, merito quærendum ei antea fuerat, quid interpretes Vitruviani Latini, Gallici, Italici, *Perrault*, et *Galiani*, explicandæ doctrinæ Vitruvianæ attulerint; quid deinde Gallus *Mariette* priorum inventis adstruxerit, cujus opera usus *Barthélemy* in Itinerario Anacharsis I. c. 25. et annotatione capiti illi subjecta picturam domus Græcæ ex rationibus Vitruvianis constructæ addidit inter Icones No. XIII. Antiquiorum opiniones et interpretationes Vitruvii secutus *Stieglitzius* Lipsiensis in Architectura antiqua Lipsiæ idiomate vernaculo prodita anno 1796. p. 119—124. domorum Græcarum descriptionem explicavit. In universum Gallus *Barthélemy* l. c. ita tradit de domo Græca: *La plupart des maisons sont composées de deux appartemens, l'un en haut pour les femmes, l'autre en bas pour les hommes; et couvertes de terrasses, dont les extremités ont une grande saillie. On en voit un assez grand nombre qui ont sur le derriere un jardin, sur le devant une petite cour, et plus souvent, une espece de portique, au fond duquel est la porte de la maison, confiée quelquefois aux soins d'un eunuque. C'est là qu'on trouve tantôt une figure de Mercure, pour écarter les voleurs, tantôt un chien qu'ils redoutent beaucoup plus, et presque toujours un autel en l'hon-*

neur d'Apollon, où le maitre de la maison vient en certains jours offrir des sacrifices. — Depuis que le goût des bâtimens s'est introduit, les arts font tous les jours des efforts pour le favoriser et l'étendre. On a pris le parti d'aligner les rues, de separer les nouvelles maisons en deux corps de logis, d' y placer au rez-de-chaussée les appartemens du mari et de la femme, de les rendre plus commode par de sages distributions et plus brillantes par les ornemens. — Une allée longue et étroite conduisoit directement à l'appartement des femmes. L'entrée en est interdite aux hommes excepté aux parens et à ceux qui viennent avec le mari. Après avoir traversé un gazon entouré de trois portiques nous arrivâmes à une assez grande piece, où se tenoit Lysistrate à qui Dinias me présenta. — Nous passâmes à l'appartement des hommes, au milieu duquel nous trouvâmes une piece de gazon, entourée de quatre portiques dont les murs étoient enduits de stuc et lambrissés ae menuiserie. Ces portiques servoient de communication à plusieurs chambres, la plupart décorées avec soin. Hucusque Gallus, qui descriptionem antiquam ædium privatarum in inferiorem vel andronitin, et superiorem vel sublimem, gynæconitin, in universum recte annotavit. Homerus enim habitationi virginum et mulierum ubique ὑπερῷον assignavit, veluti Iliadis β', 514. *παρθένος αἰδοίη ὑπερώϊον εἰσαναβᾶσα.* ubi Scholiastes Wassenbergii p. 315. *τὸ δίστεγον* et *γυναικωνῖτιν* interpretatur, Paraphrastes ejusdem *ἀνώγεων.* De Penelope est in Odyssea α', *τοῦ δ' ὑπερωϊόθεν φρεσὶ σύνθετο θέσπιν ἀοιδὴν* et Od. ο'; *ἀλλ' ἄπο (τῶν μνηστήρων) ὑπερωΐῳ ἱστὸν ὑφαίνει.* Exemplum tyranni Thessali qui *ἐν θαλάμῳ ὑπερῴῳ* cubare solebat, recentius annotavit Plutarchus Pelopidæ c. 35. Ceterum distinctio domus Græcæ in andronitin et gynæconitin ortum habuit ex moribus Græcorum diversis et conditione mulierum pejore quam apud Romanos. Bene Cornelius Nepos in Præfatione, *Quem enim Romanorum pudet uxorem ducere in convivium? aut cujus mater familiæ non primum locum tenet ædium atque in celebritate versatur? Quod multo fit aliter in Græcia. Nam neque in convivium adhibetur nisi propinquorum, neque sedet nisi in interiore parte ædium, quæ gynæconitis appellatur, quo nemo accedit nisi propinqua cognatione conjunctus.* Matronas priscas Romanas in atrio lanificio vacasse annotarunt viri docti ad Livii I. 57. 9.

In eadem ædium parte superiore erat conclave cimelia et utensilia pretiosiora servans, *θαλάμου* nomine Homero et Xenophonti notum. Adscendebatur per gradus, quos Homerus *καταρῶγας* dixit, vocabulo variis interpretum dubitationibus vexato.

Sed age singula Homerica vocabula recenseamus, quibus poeta partes domus definire solet. Primas ponam eas voces, quibus semel aut paucissime utitur; sequentur ea vocabula, quæ sæpissime adhibet; atque hinc formam domus Græcæ antiquissimæ conjectura collectam animis lectorum insinuare conabor.

Μέλαθρον μεγάροιο αἰθαλόεντος Iliadis χ', 239. Hesychio est *δοκὸς ἢ διάτονος*, Eustathio ad Il. β'. p. 249. 19. *ὁ ὄροφος ἢ τὸ μέσον τῆς στέγης ξύλον, ὃ, φασὶ, καλεῖται ὑπέρτονον.* et sic idem ad Iliad. ι', p. 780. 27. At Etymol. M. habet *ὑπότονον.* Mihi *διάτονος* vera videtur esse lectio. Ita Vitruvio 2. 8. diatoni lateres dicuntur. Trabs est *διάτονος*, quæ media domum superne et tectum distinet, fumumque ab igne et facibus incensis maxime

excipit. Hinc Odysseæ ϑ', 279. πολλὰ δὲ καὶ καθύπερθε μελαθρόφιν ἐξεκέχυντο. Apollonius Rhodius 2. 1088. tectum seu τέγεα vocat μέλαθρα, Scholia τὴν ὀροφὴν interpretantur. At Ilias β', 414. subito mutata significatione Πριάμοιο μέλαθρον αἰθαλόεν ipsam Priami regiam dicit.

Αὐλὴ quid Homero vocetur, ante omnia dispiciendum est, a qua derivatur αὔλειος vel αὐλεία θύρα; quam sequitur μέταυλος vel μέσαυλος θύρα in domo Græcanica. Est primum locus apertus et apricus, maceria conclusus, boves, oves et aves cortiles includens, cui juncta domus rustica seu villa ἔπαυλις merito dicitur, quasi ἐπὶ αὐλῇ structa. Unicus est in Odyssea locus ψ', 358. εἰσόκε πάντας ἐνιπλήσωσιν ἐπαύλους, ubi postremum vocabulum τὰς ἐπαύλεις καὶ μάνδρας interpretatur Apollonius, id est casas seu villas, aut cortes seu caulas. Hesiodus in Theogonia versu 129. montes Nympharum χαρίεντας ἐναύλους dixit.

Partem domus facit in Odyssea φ', 389. ubi Euryclea cœnaculi, ubi proci discumbunt Penelopæ, fores occludit; κλήϊσσεν δὲ θύρας μεγάρων εὖ ναιεταόντων. deinde Philœtius tacitus prosilit ex cœnaculo et fores aulæ occludit: (κλήϊσσεν δ' ἄρ' ἔπειτα θύρας εὐερκέος αὐλῆς) quas fune nautico forte in porticu peristyli reperto firmat. (κεῖτο δ' ὑπ' αἰθούσῃ ὅπλον νεὸς ἀμφιελίσσης βύβλινον, ᾧ ῥ' ἐπέδησε θύρας, ἐς δ' ἤϊεν αὐτός.) Quo loco iterum utemur, cum de Homerica αἰθούσῃ dispiciemus, quam ante cœnaculum domini intra ipsam aulam fuisse hinc discimus. Dicitur εὐερκὴς αὐλὴ a maceria, qua concluditur. Sic, ubi narratur Iliadis ί, 472. fuga Phœnicis ex domo paterna, est de custodibus appositis et igne ubique pernoctante :

οὐδέ ποτ' ἔσβη
Πῦρ, ἕτερον μὲν ὑπ' αἰθούσῃ εὐερκέος αὐλῆς
Ἄλλο δ' ἐνὶ προδόμῳ πρόσθεν θαλάμοιο θυράων.

Nocte tandem decima custodum elusa observatione effugit Phœnix :

Καὶ τότ' ἐγὼ θαλάμοιο θύρας πυκινῶς ἀραρυίας
Ῥήξας ἐξῆλθον καὶ ὑπέρθορον ἑρκίον αὐλῆς,
Ῥεῖα λαθὼν φύλακάς τ' ἄνδρας δμωάς τε γυναῖκας.

Tertius est locus Odysseæ σ', 100. ubi Ulysses Irum cœnaculo ejicit :

Εἷλκε δι' ἐκ προθύροιο λαβὼν ποδός· ὄφρ' ἵκετ' αὐλὴν
Αἰθούσης τε θύρας· καί μιν ποτὶ ἑρκίον αὐλῆς
Εἷσεν ἀνακλίνας·

Apparet πρόθυρον ante cœnaculum positum : sequitur αὐλὴ cum αἰθούσῃ; postremum ἑρκίον, *maceria*, aulam ipsam concludit. Similiter Æschylus Choeph. 559. 569. et 651. ἑρκείους πύλας dixit pro θύρας αὐλείας. Apud Homerum θύραι αἰθούσης videntur esse, quæ ducunt ad aulam, inter πρόθυρον et aulam mediæ, quæ μεσαύλοι θύραι vocatæ fuerunt a serioribus Græcis.

Quartus Odysseæ locus χ', 126. est difficilior:

Ὀρσοθύρη δέ τις ἔσκεν ἐϋδμήτῳ ἐνὶ τοίχῳ.
Ἀκρότατον δὲ παρ' οὐδὸν ἐϋσταθέος μεγάροιο
Ἦν ὁδὸς ἐς λαύρην, σανίδες δ' ἔχον εὖ ἀραρυῖαι.

Τὴν δ' Ὀδυσεὺς φράζεσθαι ἀνώγει δῖον ὑφορβὸν
Ἑσταότ' ἄγχ' αὐτῆς· μία δ' οἴη γίγνετ' ἐφορμή.

Per hanc ipsam ὀρσοθύραν Agelaus, unus procorum, adscendere jubet sociorum aliquem et populum ad auxilium ferendum convocare:

Ὦ φίλοι, οὐκ ἂν δή τις ἀν' ὀρσοθύρην ἀναβαίη,
Καὶ εἴποι λαοῖσιν; βοὴ δ' ὤκιστα γένοιτο.

Cui respondet Melanthius caprarius pastor:

Οὔπως ἔστ', Ἀγέλαε· — ἄγχι γὰρ αἰνῶς
Αὐλῆς καλὰ θύρετρα καὶ ἀργαλέον στόμα λαύρης,
Καί χ' εἷς πάντας ἐρύκοι ἀνὴρ, ὅστ' ἄλκιμος εἴη.

Igitur ex thalamo Ulyssis in sublimi parte ædium arma depromere jubet, adeoque ipse Melanthius statim

— ἀνέβαινε Μελάνθιος —
Ἐς θαλάμους Ὀδυσῆος ἀνὰ ῥῶγας μεγάροιο.

ubi ῥῶγας alii θυρίδας, fenestras, alii τὴν ἐκτομάδα, alii gradus vel scalas, alii denique omnium ineptissime ipsam ὀρσοθύραν interpretati sunt. Optime, qui teste Hesychio τὰς τῆς οἰκίας διόδους ἐν τοῖς ὑπερῴοις οἴκοις, i. e. viam ad superiora domus conclavia ducentem, interpretati sunt. Philon grammaticus singulari numero τὸ ῥῶγας, uti κῶας, intelligi voluit a poeta, ne plures januæ ad conclavia sublimia ducere dicantur. Ipsam ὀρσοθύραν fuere inter veteres Homeri interpretes qui dicerent esse θυρίδα, δι' ἧς εἰς ὑπερῷον ὑπάρχει ἀνάβασις i. e. fenestram aut januam ad superiora conclavia ducentem: contra alii putabant esse januam vel fenestram ad plateam ducentem, ad quam per gradus adscendere oporteret; aut hos ipsos gradus ad januam istam ferentes intelligi opinabantur. (δύναται δὲ καὶ ἄνοδός τις εἶναι φέρουσα ἐπὶ τὴν θύραν ταύτην.) Careremus facile his Grammaticorum dubitationibus, si locum Simonidis in Etymologico M. positum integriorem legeremus: poteramus enim inde arguere, quæ fuerit ætate Simonidis lectorum Homeri opinio de ὀρσοθύρῃ aut quod ipsius poetæ Simonidis judicium. Vulgatur ejus dictum ita: καὶ τῆς ὄπισθεν ὀρσοθύρης ἡλσάμην. Fuerunt olim qui locorum et partium domus Ulysseæ singularum descriptionem et picturam in Commentariis Homericis apponerent, quorum meminit Eustathius ad Odyss. χ', p. 777. ed. Basil. εἰς ὃ (τὸ κατὰ τὴν ὀρσοθύραν) καὶ καταγραφῆς ἐδεήθησαν οἱ παλαιοὶ, σχηματίζοντες ποῦ ὀρσοθύρη καὶ ποῦ ὁ θάλαμος, καὶ τὰς ῥῶγας τοῦ οἴκου καὶ τὴν αὐλὴν καὶ τὰ λοιπὰ, ὡς ἐν τοῖς τῶν ἀντιγράφων ἀκριβεστέροις κεῖται. Quicunque consideratius legerit locum Homeri, confiteatur oportet, ὀρσοθύραν plane esse ab illa janua diversam, quæ ad conclave sublime (ὑπερῷον) ducebat. Deinde nihil aliud nisi fenestram luci admittendæ seu lumen cœnaculi, in pariete viæ publicæ obverso excisum esse ὀρσοθύραν censeo: ad quam adscendere et populum clamando convocare ex publica via licebat. Nec ipse Homerus voluit ὀρσοθύραν januam nos intelligere: statim enim, posteaquam eam nominavit, subjicit ἀκρότατον — ἀραρυῖαι. erat scilicet iter vel via ab ipsis foribus cœnaculi in plateam vel viam publicam ducens, foribus firmis occlusa, qua unus homo viribus valens pluribus irrumpentibus resistere eosque ab aditu arcere posset. Hanc igitur viam et januam

porculatorem Ulysses observare jubet, ne cives a procis per ὀρσοθύραν ad auxilium ferendum convocati, per istud iter irrumpere et cœnaculum ingredi possent. Quare ubi Agelaus adscendere ad ὀρσοθύραν et convocare cives jubet, Melanthius procis favens respondet οὔπως ἔστι i. e. *non procedere consilium istud: esse enim fores aulæ bene firmas,* et difficile ostium ad viam publicam ducens, (στόμα λαύρης) adeo ut aditus hic ab uno homine facile possit defendi. Suspicor hoc iter ad viam publicam ducens esse id, quod sero μέσαυλος fuit dictum. Ex loco Odysseæ χ', ubi Phemius juxta ὀρσοθύραν adstans dubitare dicitur, num per istam ὀρσοθύραν clam conclavi elabatur et evadat ad aram Jovis Hercei in aula positam, videtur argui posse ὀρσοθύραν pariete aulæ obverso fuisse excisam.

Quintus locus Homeri est in Iliade ζ', 244. ubi Priami ædes describuntur. Primum igitur

Πεντήκοντ' ἔνεσαν θάλαμοι ξεστοῖο λίθοιο
Πλησίοι ἀλλήλων δεδμημένοι·

occurrunt œci 50. continui, in quibus filii Priami cum uxoribus commorantur. Sequuntur

Κουράων ἑτέρωθεν ἐναντίοι ἔνδοθεν αὐλῆς
Δώδεκα — τέγεοι θάλαμοι ξεστοῖο λίθοιο,
Πλησίοι ἀλλήλων δεδμημένοι.

i. e. ex altera parte prioribus oppositi et continui, sed intra aulam duodecim œci, ubi Priami filiæ cum maritis habitant. Ubi veteres Grammatici errant qui τέγεοι θάλαμοι conclavia sublimia (ὑπερῷοι) interpretantur; rectius alii ὑψηλοί altos simpliciter esse volunt.

Sextus locus est Odysseæ δ', 74. ubi Telemachus Menelai ædes miratus:

Ζηνός, inquit, που τοιήδε γ' Ὀλυμπίου ἔνδοθεν αὐλή,
Ὅσσα τάδ' ἄσπετα πολλά· σέβας μ' ἔχει εἰσορόωντα.

ubi Jovis regia αὐλή dicitur significatione nova. Quare Seleucus grammaticus, narrante Athenæo 5. p. 189. scriptura Aristarchea rejecta locum Homericum ita legebat:

Ζηνός που τοιαῦτα δόμοις ἐν κτήματα κεῖται.

Homerum enim αὐλήν ubique dicere locum apertum sub divo, ubi Jovis Ἑρκείου ara posita fuerit. Verum vulgatam Homeri lectionem Æschyli auctoritas et imitatio satis defendit, qui in Promethei Vincti versu 122. ait: ὁπόσοι τὴν Διὸς αὐλὴν εἰσοιχνεῦσι.

In aula Græci aram habebant, ubi sacra privatim diis facerent, de quibus Dorville ad Charitonem p. 247. Xenophon Memorab. I. i. 2. Plato in Republ. I. p. 147. τεθυκὼς γὰρ ἐτύγχανεν ἐν τῇ αὐλῇ. Herodotus 6. 69. ibidem ἡρῷον ἱδρυμένον παρὰ τῇσι θύρῃσι τῇσι αὐλείῃσι memorat. Athenæus 4. p. 189. ubi Homericam αὐλήν interpretatur, Ἑρκείου Ζηνὸς aram ibi fuisse testatur: ad quam confugientem Priamum a Pyrrho occisum narrat Arctinus in Ἰλίου πέρσει, ex eoque Virgilius Æn. 2. 512. sq. ad quem locum est annotatio doctissima Heynii in Excursu VI. *Ædibus in mediis, nudoque sub ætheris axe, ingens ara fuit, juxtaque veterrima laurus incum-*

bens aræ, atque umbra complexa Penates: ibique sedens Priamus filium Politem sauciatum a Pyrrho insequente concidere ante pedes suos vidit versu 526, sq. *Ecce autem elapsus Pyrrhi de cæde Polites — per tela, per hostes porticibus longis fugit et vacua atria lustrat saucius,* ubi porticus esse *αἴθουσαν,* quæ *αὐλὴν* ab utraque parte cingere et ornare soleret, annotavit Heyne, qui tamen simul miratur narrationem a Virgilio ab atrio vel *αὐλῇ,* ubi Jovis Hercei fuit ara, ad penetralia tecti seu impluvium, ubi Penatium ara erat apud Romanos, fuisse translatam. Obiter admonet apud Homerum ædes qui intrat, primum *ἕρκος,* in hoc *αὐλὴν* subire; tum *πρόδομον,* tandem ad *θάλαμον* procedere. Penatium deorum propria sedes fuit impluvium; unde compluvium deorum penatium dicit Suetonius Augusti c. 92.

Atrii vocabulo, quo multi Græcum *αὐλὴν* reddere soliti sunt, proprie de domo Græca uti non licet, si fides Vitruvio 6. c. 10. cujus verba ex Codice Gudiano Guelferbytano emaculata ponam: *Atriis,* inquit, *Græci quia non utuntur, neque ædificant, sed ab janua introeuntibus itinera faciunt latitudinibus non spatiosis, et ex una parte equilia, ex altera ostiariis cellas, statimque januæ interiores finiuntur. Hic autem locus inter duas januas Græce θυρωρεῖον appellatur. Deinde est introitus in peristylum.* Ubi vulgo male interpolatum legitur *neque nostris moribus ædificant — equilia, et ex altera ostiariis.*

Impluvium Virgilius recte mihi Græcorum *αὐλὴν* interpretatus esse videtur; ita enim video Ciceronem in Verrina I. 19. 23. et 56. impluvium porticibus cinctum tradere; memorat enim in ædibus Verrinis columnas in mediis ædibus vel ad *impluvium locatas et stantes.* Non satis accurate Clavis Ciceroniana *μεσαύλιον* interpretatur impluvium, ubi dii penates more Græco colerentur. Quamvis Glossæ veteres *μεσαύλιον,* atrium et compluvium interpretentur. De usu recentiore vocabuli præclare H. Valesius ad Euagrii h. eccl. 4. 3. Rectius idem vir doctus locum Quinctiliani comparavit Institut. orator. XI. 2. *primum locum vestibulo quasi assignant, secundum atrio, tum impluvia circumeunt, nec cubiculis modo aut exedris, sed statuis etiam similibusque per ordinem committunt.* ubi vulgo *stratis* pro *statuis* editum, in libro Gothano *status* scriptum legitur.

Jovis Hercei aram in aula positam domus Ulysseæ commemorat Homerus Odysseæ χ′, ubi occisis procis cantor superest Phemius, juxta *ὀρσοθύραν* stans, et dubitans secum *ἢ ἐκδὺς μεγάροιο Διὸς μεγάλου ποτὶ βωμὸν ἑρκείου ἕζοιτο τετυγμένον, ἔνθ᾽ ἄρα πολλὰ Λαέρτης Ὀδυσεύς τε βοῶν ἐπὶ μηρί᾽ ἔκηαν· ἢ γούνων λίσσοιτο προσαΐξας Ὀδυσῆα.* Huic supplici sibi facto cum Medonte Ulysses parcit, sed conclavi excedere et in aula considere jubet *ἐξελθόντες μεγάρων ἕζεσθε θύραζε ἐκ φόνου εἰς αὐλήν.* Jussis parent Phemius et Medon *τὼ δ᾽ ἔξω βήτην μεγάροιο κιόντε, ἑζέσθην δ᾽ ἄρα τώγε Διὸς μεγάλου ποτὶ βωμόν.*

Postremus est locus Odysseæ χ′, ubi Telemachus cæde procorum patrata servas impudicas occidit jubente patre: *δμωὰς ἐξαγαγόντες ἐϋσταθέος μεγάροιο, μεσσηγύς τε θόλου καὶ ἀμύμονος ἕρκεος αὐλῆς εἴλεον ἐν στείνει, ὅθεν οὔπως ἦεν ἀλύξαι. — καὶ πεῖσμα νεὼς κίονος ἐξάψας μεγάλης περίβαλλε θόλοιο ὑψόσ᾽ ἐπενταινύσας, μήτις ποσὶν οὖδας ἵκηται.* Videtur locus ille fuisse extra aulam. Nam et Melanthium postea plectens Telemachus conclavi educit *ἦγον ἀνὰ πρόθυρόν τε καὶ αὐλὴν,* ne scilicet ædes cum aula cæde et cruore pollu-erentur. Tholum Eustathius domunculam rotundam reponendis uten-

silibus, tabulis, crateribus, poculis servientem interpretatur, quo auctore, nescio.

Ceterum domus Græca cum Romana peristyli sed unici, uti videtur, usu maxime conveniebat, contra partium et cubiculorum descriptione et distributione in andronitin et gynæconitin præcipue discrepabat. Peristyli usum Etruscis nescio quo auctore adscripsit Diodorus Siculus 5. 40. ἔν τε ταῖς οἰκίαις τὰ περίστοα πρὸς τὰς τῶν θεραπευόντων ὄχλων ταραχὰς ἐξεῦρον εὐχρηστίαν παρέχοντα. ubi versio Latina habet: *porticus ad avertendum turbæ servorum et clientum strepitus et molestias.* ubi singularis est dictio θεραπεύοντες ὄχλοι, si ad servitium referas, cujus cellæ circum porticus peristyli erant dispositæ: contra clientes in atrium admittebantur, quod an cum peristylo comparari possit recte, equidem ignoro.

Alterum vocabulum Homero fere peculiare, quod in partibus domorum regiarum fere tantum positum reperitur, est αἴθουσα. Grammatici varie interpretati sunt, velut Etymologicum M. αἴθουσαι, αἱ στυλωταὶ καθέδραι, περίστυλα ἔχουσαι. — σημαίνει δὲ τὴν καταφωτιζομένην στοὰν καὶ τὴν μετὰ τὸν πυλῶνα παστάδα. Quæ glossa pertinet ad Iliadis υ', versum 10. ἐλθόντες τ' ἐς δῶμα Διὸς νεφεληγερέταο (dii convocati ad concilium veniunt in regiam Jovis) ξεστῇς αἰθούσῃσιν ἐφίζανον. (insident porticibus ex lapide politis.) ubi sequebantur alii scripturam ἐνίζανον, alii ἐνίδρανον, Zenodotus ἐφίζανον scripsit, αἰθούσας interpretatus θρόνους ἢ καθέδρας. Rectius auctor glossæ in Etym. M. explicat verbis στοαὶ καὶ στυλωταὶ ἕδραι, porticus et sedilia columnis apposita.

Apollonius criticus αἰθούσης interpretatur τῆς παραστάδος ex Iliade φ', 390. κεῖτο δ' ὑπ' αἰθούσης ὅπλον βύβλινον νηός. ubi velut etiam altero loco Il. ι', 472. αἴθουσα jungitur εὐερκέος αὐλῆς mentioni. Inter ornamenta præcipua regiæ domus Priami sunt αἴθουσαι Il. ζ', 242. Πριάμοιο δόμον περικαλλέ' ἵκανε ξεστῇσ' αἰθούσῃσι τετυγμένον. et regiæ Alcinoi Odysseæ θ', 57. πλῆντο δ' ἄρ' αἴθουσαί τε καὶ ἕρκεα καὶ δόμοι ἀνδρῶν. Veneris privata domus ἕρκεα θαλάμου habebat sub αἰθούσῃ. Apollon. Rhod. 3. 39. ἕρκεα δ' εἰσελθοῦσαι ὑπ' αἰθούσῃ θαλάμοιο ἔσταν, ἵν' ἐντύνεσκε θεὰ λέχος Ἡφαίστοιο. Scholia Veneta p. 232. partes domus ita distinguunt: θάλαμος, ὁ ἔσω οἶκος. τὸ δὲ πρὸ αὐτοῦ πρόδομος. αἴθουσα τὸ περίστυλον, τουτέστι τὸ πρὸς ἥλιον τετραμμένον παρὰ τὸ ἀεὶ αἴθεσθαι. Eustathius ad Iliadem ι', p. 669. et Basil. αἴθουσα στοὰ περίστυλος ἡλίῳ αἰθομένη, ἧς τὸ μὲν ἐνδοτέρω πρόδομος, τὸ δὲ ἐνδοτάτω θάλαμος. — κατὰ δὲ τοὺς ἀκριβεστέρους ἡ τάξις οὕτως· ἕρκος, περὶ ὃ πύλαι· μετὰ δὲ τὸ ἑρκίον αὐλή· μεθ' ἣν αἴθουσα, εἶτα πρόδομος, δόμος, θάλαμος. Plura Homeri ejusque interpretum loca sub aliis vocabulis relata reperiet lector; nec est dubium Homericam αἴθουσαν esse eandem cum recentiorum παστάδι, seu peristylo. Cum Homero usus vocabuli αἴθουσα nescio quo pacto subito exolevit.

Μέσαυλος Homero, metri causa μέσσαυλος dicta, significat vel cortem stabula boum oviumque concludentem, veluti Iliadis λ', 548. βοῶν ἀπὸ μεσσαύλοιο; Cyclopis antrum cum stabulo ovium Odysseæ libro κ': vel τὴν ἐπ' ἀγρῷ οἴκησιν, villam, domum rusticam, interprete Hesychio, veluti Iliadis ω', 29. ὃς (Paris) νείκεσσε θεάς, ὅτε οἱ μέσσαυλον ἵκοντο. Hinc μεσαύλιος, servus villaticus dicitur Odysseæ ξ', 449.

Longe aliud significat Atticorum μέσαυλος vel μέταυλος θύρα. Est enim interprete Scholiaste Apollonii Rhodii ad 3. 335. ἡ μέσαυλος illa janua, ἡ

φέρουσα εἴς τε τὴν ἀνδρωνῖτιν καὶ γυναικωνῖτιν, quæ ducit ad domum feminis alteramque viris servientem. Hesychius μέσσαυλος, inquit, θυρωρὸς, καὶ ἡ τῆς αὐλῆς θύρα. ubi ex Apollonii Lexico Homerico μέση inserendum est post αὐλῆς, janua inter aulam media. De janitore, quomodo huc pertineat, postea videbimus. Attici scriptores μέταυλον dixerunt hoc iter, cujus naturam egregie illustrat, quod Plutarchus Q. Symp. 7. 1. epiglottidis situm et officium cum μεταύλῳ comparat, stomachi et tracheæ aditum pro necessitate et lubitu hominis ambiguo ministerio occludentis. Huc pertinet ejusdem locus in vita Arati c. 26. ne tyranno Argivo Aristippo τοὺς μὲν δορυφόρους καὶ φυλακὰς ἔξω παρεμβάλλειν ἐκέλευεν ἐν τῷ περιστύλῳ, τοὺς δ' οἰκέτας, ὁπότε δειπνήσαιεν τάχιστα πάντας ἐξελαύνων καὶ τὴν μέταυλον ἀποκλείων, μετὰ τῆς ἐρωμένης αὐτὸς εἰς οἴκημα κατεδύετο μικρὸν ὑπερῷον.

Audiamus nunc Apollonium Rhodium regiam Acetæ domum ita describentem libri tertii versu 215. et seqq. ubi Jasonis comites adveniunt domum regis, quales in Græcia domus lautiorum hominum viderat :

Ἔσταν δ' ἐν προμολῇσι τεθηπότες ἕρκε' ἄνακτος
Εὐρείας τε πύλας καὶ κίονας, οἳ περὶ τοίχους
Ἑξείης ἄνεχον. θριγκὸς δ' ἐφύπερθε δόμοιο
Λαΐνεος χαλκέῃσιν ἐπὶ γλυφίδεσσιν ἀρήρει.

Antequam interiora lustremus, in aula vel vestibulo subsistamus, ut singulas regiæ partes accuratius cognoscamus. Vocabulum προμολὴν Apollonius I. 1174. adhibet de rustici casa (αὖλιν) ejusque vestibulum vel aulam προμολὴν vocat. Scholia Græca προστάδα, πρόθυρα et ἐξώπυλα interpretantur hic et aliis in locis ubi poeta vocabulum adhibet I. 260 et 320. IV. 1161. Est vero προστὰς idem quod πρόστῳον interprete Hesychio. In Apollonio πύλαι εὐρεῖαι sunt quæ Græcis proprio vocabulo αὔλειοι dicuntur. θριγκὸν interpres Latinus *loricam* et γλυφίδας *triglypha* vertit ineptissime : firmamentum enim γλυφίδες addunt, quod docet verbum ἀρήρει : sunt igitur potius cuspides æreæ, ex corona forte prominentes, unde ἐπὶ γλυφίδεσσι ἀρήρει dicitur. Quanquam Scholia Græca γλυφίδας χ. video etiam χαλκᾶ τορεύματα aut χαλκᾶ κιονόκρανα interpretari. Loricam hanc vel coronam murorum Homerus in ædibus Ulyssis sic memorat Odyss. ρ', 266. ἐπήσκηται δέ οἱ αὐλὴ τοίχῳ καὶ θριγκοῖσι, θύραι δ' εὐεργέες εἰσὶ δικλίδες. οὐκ ἄν τις μιν ἀνὴρ ὑπεροπλίσσαιτο. In lautioribus Alcinoi ædibus Odysseæ η', 87. περὶ δὲ θριγκὸς κυάνοιο memoratur. Sed in priore loco θριγκὸς αὐλῆς est maceria aulam seu cortem cingens; unde verbum θριγκόω, quod de subulci domo rustica usurpat Odyssea ξ', 5. quem Ulysses rediens offendit

Ἥμενον ἐν προδόμῳ — ἔνθα οἱ αὐλὴ
Ὑψηλὴ δέδμητο περισκέπτῳ ἐνὶ χώρῳ
Καλή τε μεγάλη τε, περίδρομος· ἥν ῥα συβώτης
Αὐτὸς δείμαθ' ὕεσσιν, ἀποιχομένοιο ἄνακτος
Ῥυτοῖσιν λάεσσι, καὶ ἐθρίγκωσεν ἀχέρδῳ·
Σταυροὺς δ' ἐκτὸς ἔλασσε διαμπερὲς ἔνθα καὶ ἔνθα
Πυκνοὺς καὶ θαμέας, τὸ μέλαν δρυὸς ἀμφικεάσσας·
Ἐντοσθεν δ' αὐλῆς συφεοὺς δυοκαίδεκα ποίει
Πλησίον ἀλλήλων.

Eundem cortis θριγκὸν intelligere videtur Lucianus Dialog. Meretriciorum XII. τὸν Δρόμωνα ἐκέλευσα παρακύψαντα τῷ θριγκῷ τῆς αὐλῆς, ᾗ ταπεινότατον ἦν, ἀναδέξασθαί με ἐπὶ τῶν νώτων. Loricam domus seu coronam ubi Euri-

pides Orestæ versu 1595. dicit: ἢ τῷδε θριγκῷ κρᾶτα συνθραύσω σέθεν ῥήξας παλαιὰ γεῖσα. Scholia Græca interpretantur οἱ ἐπικείμενοι λίθοι ταῖς ἐξοχαῖς τῶν δωμάτων, et θριγκὸν eundem esse statuunt cum ea parte, quam γεῖσα dicunt Græci. Carum vocabulum Γίσσα, lapidem significans annotavit Stephanus Byzantinus in voce Μονόγισσα, Timæus Grammaticus γεῖσα interpretatur οἱ λίθοι εἰς θριγκία καὶ τοίχων πρόποδας παρεσκευασμένοι. Grammaticus in Lexico rhetorico apud Ruhnkenium (in Auctario Emendat. ad Hesychium) Γεῖσα, inquit, τὸ ἐν ταῖς οἰκοδομαῖς ναῶν ἢ τειχῶν ἐξέχον κυμάτιον. οἱ δὲ πρὸ τῶν θυρῶν στεγάσματα. Unde γεισίποδες, αἱ τῶν δοκῶν προταγεῖσαι προοχαί: *capita trabium prominentia*, et verbum γεισιποδίζειν, τὸ προβάλλειν τὰ γεῖσα ἐν τοῖς τοίχοις, *projicere γεῖσα vel trabum capita in parietibus*: His vero γείσοις vel trabum capitibus prominentibus adhæret θριγκὸς seu corona. In muris urbium γεῖσα videntur dici proprie loricæ vel pinnæ, velut in Euripidis Phœnissis 1168. λᾶαν ἐμβαλὼν κάρᾳ ἁμαξοπληθῆ, γεῖσ' ἐπάλξεων ἄπο. Diodorus V. 12. ubi Melitensium domos lautius exstructas narrat τάς τε οἰκίας ἀξιολόγους ait καὶ κατεσκευασμένας φιλοτίμως γείσσοις καὶ κονιάμασι περιττότερον. quæ vertunt: *suggrundiis et albario opere elegantius excultas.*

Sed redeamus ad Æetæ regiam et Apollonii locum, qui versu 219. et sequentibus narrat, quæ Argonautis per portam (αὔλειον) ingressis in ipsa αὐλῇ occurrerunt spectanda, vites videlicet arbustivæ, et sub iis profluentes fontes quatuor mirabilis naturæ; deinde narrantur, ut videtur, obiter, Vulcani ejusdem, qui fontes mirabiles effoderat, opera, tauri nempe æripedes cum aratro ferreo. His omnibus locum assignat poeta statim ab initio (versu 219.) ἄγχι δὲ τοῖο (τοῦ οὐδοῦ) prope portam (αὔλειον) quanquam postea (versu 228.) ἐνὶ μεγάροισι in ipsa regia miracula hæc conspecta fuisse dicat. Homericam Alcinoi regiam si comparemus Odyss. η', 112. hortum primum arboribus frugiferis refertum et maceria cinctum (ἕρκος dicit poeta versu 113.) offendimus ἔκτοσθεν αὐλῆς — ἄγχι θυράων, extra aulam, juxta portam, ut videtur αὔλειον. Insunt (horto) fontes duo, quorum alter hortum rigat; alter ab altero latere (ἑτέρωθεν) prope portam αὔλειον versus ædes aquam effundit (ὑπ' αὐλῆς οὐδὸν ἵησι πρὸς δόμον ὑψηλὸν) et usibus domesticis Alcinoi, partim etiam communi civium usui ministrat. (ὅθεν ὑδρεύοντο πολῖται.) Sed teneamus ipsam αὐλήν, quam ingressi sunt Argonautæ per αὔλειον portam, et regiæ partes interiores cum poeta inspiciamus. Versu igitur 235. pergit:

Ἐνθάδε καὶ μέσσαυλος ἐλήλατο· τῇ δ' ἐπὶ πολλαὶ
Δικλίδες εὐπηγεῖς, θάλαμοί τ' ἔσαν ἔνθα καὶ ἔνθα·
Δαιδαλέη δ' αἴθουσα παρὲξ ἑκάτερθε τέτυκτο·
Λέχρις δ' αἰπύτεροι δόμοι ἕστασαν ἀμφοτέρωθε·
Τῶν ἤτοι ἄλλῳ μὲν, ὅτις καὶ ὑπείροχος ἦε,
Κρείων Αἰήτης σὺν ἑῇ ναίεσκε δάμαρτι.
Ἄλλῳ δ' Ἄψυρτος ναῖεν πάϊς Αἰήταο
Τοὺς δ' ἔχον ἀμφίπολοι τε καὶ Αἰήταο θύγατρες
Ἄμφω, Χαλκιόπη Μήδειά τε· ἡ μὲν ἄρ' ἤει
Ἐκ θαλάμου θαλαμόνδε κασιγνήτην μετιοῦσα.

Quorum verborum interpretationem Latinam auctore Britanno Joanne Shaw sed emendatam, ut ait, a se postremus Editor Lipsiensis posuit hanc. *Tum etiam media aula exstructa erat, inque ea multæ valvæ bene*

compactæ, et thalami erant hinc et illinc: artificiosa autem porticus seorsum ex utraque parte erat constructa. Ex obliquo autem celsiora conclavia stabant utrinque, in quorum altero, quod et eminentius erat, rex Æetes cum sua habitabat conjuge: in altero Absyrtus habitabat filius Æetæ. Primum, quod reprehendas, est a Brunckii auctoritate ductum, qui spreta Scholiorum interpretatione, μέσαυλος, inquit, Apollonio nihil aliud est quam αὐλὴ seu ἡ περιοχὴ, τὸ χώρημα τῆς αὐλῆς, ut idem Eustathius exponit ad Hom. p. 883. l. 44. Deinde verbum ἐλήλαται, non est aut proprie aut simpliciter *exstructa* est, sed potius *ducta*, *producta est*, et dicitur de corpore aut forma in longum tracta et continuata. Ita τεῖχος, τάφρον ἐλαύνειν et similia dicuntur. Postea ἔπι non significat in ipsa μεσαύλῳ fuisse valvas multas et thalamos, sed ad solas valvas ad extremam μέσαυλον positas, ut videtur, pertinet ἐπί; per valvas aditus patebat ad cubicula et per cubicula ad peristylum. Verba Græca dubium relinquunt peristylum unum an geminum ad dextram itineris seu μεσαύλου et ad sinistram fuerit exstructum. Conclavia porro duo excelsiora, quæ posita utrinque ex obliquo dicuntur, usibus heri, alterum vero herilis filii, patentia, ad meridiem et viam publicam frontem habuisse conversam suspicor, si licet conjecturam ex Xenophontis et Vitruvii notitiis ductam ad ætatem Æetæ transferre.

Eandem μέσαυλον satis eleganter describit cum cubiculis muliebribus, ad quæ ducebat, Achilles Tatius 2. c. 19. de amoribus Clitophontis et Leucippes, De Leucippæ, quam Clitopho vitiare conatur, thalamo seu cubiculo ita est: *εἶχε δὲ ὁ θάλαμος αὐτῆς οὕτως· χωρίον ἦν μέγα, τέτταρα οἰκήματα ἔχον, δύο μὲν ἐπὶ δεξιὰ, δύο δὲ ἐπὶ θάτερα· μέσος δὲ διεῖργε στενωπὸς ὁδὸς ἐπὶ τὰ οἰκήματα. Θύρα δὲ ἐν ἀρχῇ τοῦ στενωποῦ μία ἐνεκλείετο. Ταύτην εἶχον τὴν καταγωγὴν αἱ γυναῖκες· καὶ τὰ μὲν ἐνδοτέρω τῶν οἰκημάτων ἥτε παρθένος καὶ ἡ μήτηρ αὐτῆς διειλήφεσαν, ἑκατέρα τὰ ἀντικρύ· τὰ δὲ ἔξω δύο τὰ πρὸς τὴν εἴσοδον τὸ μὲν ἡ Κλειὼ τὸ κατὰ τὴν παρθένον, τὸ δὲ ταμεῖον ἦν. Κατακοιμίζουσα δὲ ἀεὶ τὴν Λευκίππην ἡ μήτηρ ἔκλειεν ἔνδοθεν τὴν ἐπὶ τοῦ στενωποῦ θύραν, ἔξωθε δέ τις ἕτερος ἀπέκλειε,* (ἐπέκλειε rectius Codd. ut puto,) *καὶ τὰς κλεῖς ἔβαλλε διὰ τῆς ὀπῆς, ἡ δὲ λαβοῦσα ἐφύλαττεν, καὶ περὶ την ἕω καλέσασα τὸν εἰς τοῦτο ἐπιτεταγμένον διέβαλλε πάλιν τάς κλεῖς, ὅπως ἀνοίξειεν.* Locum ταμείου ibi annotatum vides, de quo iterum dicemus et auctoritatem Aristophanis poetæ afferemus. In hac μεσαύλῳ quia cellam habebat ostiarius, inde factum videtur, ut ipse janitor etiam μέσαυλος diceretur, annotante Hesychio, et contra ipsa μέσαυλος θυρωρεῖον audiebat. De hac enim intellige Vitruvii locum 6. c. 10. *Ab janua*, inquit, *introeuntibus itinera faciunt* (Græci) *latitudinibus non spatiosis*, et ex una *parte equilia, ex altera ostiariis cellas, statimque januæ interiores finiuntur. Hic autem locus inter duas januas Græce* θυρωρεῖον *appellatur. Deinde est introitus in peristylon.* Contra quas Vitruvius ibidem mesaulas dixit, quasi diversas ad alienum plane locum nescio qua causa erroris permotus transtulit. *Præterea*, inquit, *dextra ac sinistra domunculæ constituuntur habentes proprias januas, triclinia et cubicula commoda, uti hospites advenientes non in peristylia sed in ea hospitalia recipiantur. Inter hæc autem peristylia et hospitalia itinera fiunt, quæ mesaulæ dicuntur, quod inter duas aulas media sunt interposita. Nostri autem eas andronas vocant.* Sed rectius Editio princeps cum Codd. Gudiano et

Franekerano habet scriptum. *Inter duo autem peristylia et hospitalia itinera sunt :* Vulgata enim scriptura ponit mesaulas inter peristylia domus, quæ andronitides dicuntur, et hospitalia : at sic nullo modo mesaulæ inter duas aulas mediæ interpositæ dici possunt. Qui scripturam mutavit, ab ipso Vitruvio in errorem inductus fuisse videtur, qui si itinera ab initio capitis memorata eadem esse vel ipse meminisset vel lectores intelligere voluisset, quæ Græci μεσαύλους dicunt, ibidem mentionem vocabuli Græci adjicere debebat ; quod fecit demum hoc loco tam inepte, ut putes plura fuisse itinera inter duas aulas et duo peristylia mesaulas dicta. Errorem ex verbis Vitruvianis vel potius ex vitiosa Jocundi Veronensis scriptura conceptum in picturam domus Græcæ transtulit Gallus *Mariette.*

Sequitur in Vitruvio definitio peristyli, quæ nos ad Xenophontis παστάδας perducet. *Id peristylum in tribus partibus habet porticus : in ea parte quæ spectat ad meridiem duas antas inter se spatio amplo distantes, in quibus trabes invehuntur, et quantum inter antas distat, ex eo tertia dempta spatium datur introrsus. Hic locus apud nonnullos προστὰς apud alios παστὰς nominatur. In his locis introrsus constituuntur œci magni in quibus matres familiarum cum lanificis habent sessionem. In prostadis autem dextra ac sinistra cubicula sunt collocata, quorum unus thalamus, alterum amphithalamus dicitur. Circum autem in porticibus triclinia quotidiana, cubicula etiam et cellæ familiaricæ constituuntur. Hæc pars ædificii Gynæconitis appellatur.* Ubi nuperrima etiam Editio Berolinensis, quæ lectiones Editionis principis, Codicisque Gudiani et Franekerani jactat, sine ulla varietate cum reliquis vulgatis παραστὰς pro παστὰς, et deinde *lanificiis — sessiones* habet : Sed in Gudiano *partes* scriptum, *pastas* vero super eo vocabulo, deinde *sessionem* scriptum ipse legi ; quam posteriorem lectionem et *lanificis* ex Franekerano commemoravit Wesseling Observat. p. 269. In Germanica tamen versione ejusdem nuperi Editoris scripturam παστὰς et deinde pro varietate *antithalamus,* quod magis equidem probaverim, apposita video. Sed jam olim Salmasius Exercit. Plin. p. 1217 et 1218. ex Codice regio Paris. lectiones *apud alios pastas — In prostadii autem dextra* et paulo antea *In his locis etiam constituuntur — lanificis — sessionem* commemoravit et commendavit.

De vocabulo παραστὰς satis copiose et accurate dixisse mihi videor in Lexico Græco. Pertinent nempe παραστάδες ad portam seu ostium, et a poetis sæpe pro ipsa janua ponuntur. *Antas* Latine dici, et esse columnas seu pilas quadratas ad latera ostiorum positas docuit Salmasius Exercitat. p. 1216 et 1217. Addo locum clarissimum Heronis Automat. p. 269. ἐξ ἑκατέρου μέρους τῶν θυρῶν παρὰ τοὺς στροφεῖς τύπους κενοὺς καταπεφραγμένους ἐκ τοῦ κατὰ πρόσθεν ἰδέαν ἀπεργαζομένου οἷον παραστάδων. De foribus ipsis est apud Euripidem Phœnissarum versu 426. Andr. 1118. Cum παστάσι tamen sæpe in libris scriptis permutatæ reperiuntur παραστάδες, velut in Xenophontis Hierone l. c. Apollonius Criticus Homericum αἰθούσης interpretatur τῆς παραστάδος. ubi nisi librariorum est error, et παστάδος scribendum, aut usum loquendi tunc mutatum fuisse, aut παστὰς ex παραστὰς contractum jam olim fuisse, et παραστάδες ubi postes forium significant, rectius παραστάται scribi, credere oportet.

Antiquissimus scriptor, qui vocabulo παστὰς usus esse reperiatur, Herodotus est, qui libro 2. 169. παστὰς λιθίνη ἠσκημένη στύλοισι καὶ τῇ ἄλλῃ δαπάνῃ. Apud Apollonium Rhodium I. 789. Jasoni advenienti ad regiam Hypsipylæ ministræ aperiunt θύρας δικλίδας, eumque διὰ καλῆς παστάδος ductum in conclave reginæ collocant ἐνὶ κλισμῷ παμφανόωντι. ubi poetam in priore Editione posuisse προδόμου διὰ ποιητοῖο monent Scholia, quæ simul admonent παστάδα suo ævo (quo?) προστάδα, ipsam vero παστάδα a cœnando (πάσασθαι) dici. Male vulgo in poeta δι' ἀναστάδος, in Scholiis vero προπαστάδα scribi jam dudum admonuit Salmasius Exercit. p. 1217.

De andronitide sic pergit Vitruvius: *Conjunguntur autem his domus ampliores habentes latiora* (Codex Gudianus *lautiora*) *peristylia, in quibus pares sunt quatuor porticus altitudinibus, aut una quæ ad meridiem spectat excelsioribus columnis constituitur. Id autem peristylium, quod unam altiorem habet porticum, Rhodiacum appellatur. Habent autem eæ domus vestibula egregia, et januas proprias cum dignitate, porticusque peristyliorum albariis et tectoriis et ex intestino opere lacunariis ornatas, et in porticibus quæ ad septentrionem spectant triclinia Cyzicena et pinacothecas, ad orientem autem bibliothecas: exedras ad occidentem; ad meridiem vero spectantes œcos quadratos tam ampla magnitudine, uti faciliter in eis, quatuor tricliniis stratis, ministrationum ludorumque operis locus possit esse spatiosus. In his œcis fiunt virilia convivia: non enim fuerat institutum matres familiarum eorum moribus accumbere. Hæc autem peristylia domus andronitides dicuntur, quod in his viri sine interpellationibus mulierum versantur. Præterea dextra ac sinistra domunculæ constituuntur* et quæ sequuntur de hospitalibus, supra jam a nobis posita. Addit Vitruvius: *Item prothyra Græce dicuntur, quæ sunt ante in januis vestibula: nos autem appellamus prothyra, quæ Græce dicuntur* διάθυρα. Ubi Codex Gudianus *ante in januas* habens arguit olim scriptum rectius fuisse *ante januas.*

Supersunt vocabula προστὰς et πρόδομος, de quibus breviter disputemus. Et de προστάδι quidem satis dictum est, ubi παστάδα explicavimus, quod est antiquius ejusdem rei vocabulum. Πρόδομον Hesychius aliique Grammatici male significatione eundem faciunt cum vocabulis προστὰς et πρόστωον, cum apud Homerum sit cubiculum sub ipsa porticu et ante thalamum dominicum positum. Sic est Iliadis ι', 472. πῦρ ἕτερον μὲν ὑπ' αἰθούσῃ εὐερκέος αὐλῆς, ἄλλο δ' ἐνὶ προδόμῳ πρόσθεν θαλάμοιο θυράων. Et in Odyssea δ', 297. hospitibus Telemacho cum filio Nestoris lecti sternuntur ὑπ' αἰθούσῃ· stratis hospites minister ducit, οἱ μὲν ἄρ' ἐν προδόμῳ δόμου αὐτόθι κοιμήσαντο — Ἀτρείδης δ' ἐκάθευδε μυχῷ δόμου ὑψηλοῖο. ubi δόμος ὑψηλὸς est cubiculum sublime, vel θάλαμος ὑπερῷος. Apud Apollonium Rhodium 3. 278 et 648. est πρόδομος θαλάμοιο. et servi apud eundem versu 839, in hoc προδόμῳ habitabant et cubabant: ἐν προδόμῳ θαλάμοιο θυώδεος ηὐλίζοντο. Idem Apollonius 4. 471. νηοῦ πρόδομον nominat.

Servorum ministerio domini, dominæ, liberorumque inservientium cubicula non fuisse a cubiculis dominorum longo spatio sejuncta sed iisdem plerumque juncta aut opposita, docere videntur multa scriptorum Græcorum loca. Classicus hanc ad rem locus est Xenophontis in Œconomico 9. 2. et seqq. ubi Ischomachus novæ nuptæ usum et commoditatem domus demonstrans inducitur. Ὁ μὲν γὰρ θάλαμος ἐν ὀχυρῷ ὢν τὰ πλείστου

ἄξια καὶ στρώματα καὶ σκεύη παρεκάλει. unde apparet usum Homericum vocabuli thalami, quo cellam promtuariam cimeliorum significat, apud Athenienses durasse. Columella autem hunc locum Latine interpretatus 12. 2. 2. θάλαμον vertit *excelsissimum conclave*.

Sequitur in Xenophonte sectione 4. demonstratio cubiculorum servilium: Καὶ διαιτητήρια δὲ τοῖς ἀνθρώποις ἐπεδείκνυον αὐτῇ κεκαλλωπισμένα τοῦ μὲν θέρους ψυχεινὰ τοῦ δὲ χειμῶνος ἀλεεινά· καὶ σύμπασαν δὲ τὴν οἰκίαν ἐπέδειξα αὐτῇ ὅτι πρὸς μεσημβρίαν ἀναπέπταται, ὥστε εὔδηλον εἶναι, ὅτι χειμῶνος μὲν εὐήλιός ἐστι, τοῦ δὲ θέρους εὔσκιος, ubi verbum ἀναπέπταται et vocabulum εὔσκιος explicare videtur locus Aristotelis Œconom. libro I. de domo; καὶ πρὸς εὐημερίαν δὲ καὶ πρὸς ὑγίειαν δεῖ εἶναι εὔπνουν μὲν τοῦ θέρους, εὐήλιον δὲ τοῦ χειμῶνος· εἴη δὲ ἂν ἡ τοιαύτη κατάβοῤῥος οὖσα καὶ μὴ ἰσοπλατής· unde discere mihi videor ἀναπέπταται significare domum in longitudinem versus meridiem patentem et porrectam, a Borea vero aversam. Quomodo vero eadem domus hieme quidem calida, utpote soli meridiano opposita et patens, æstate vero frigida, utpote umbrosa, id est a sole aversa, dici et esse possit, equidem non intelligo. Sed si in sede vocabuli εὔσκιος collocaveris Aristotelicum εὔπνους, difficultatem omnem plane expedieris: quippe credere oportet, per regionem Atticam dominari ventos æstate constanter solis calorem refrigerantes; Boream vero hominum valetudini frigore suo et natura damnum inferre solitum.

Denique Ischomachus Xenophonteus partem domus habitationi atque usui muliebri servientem a virili separatam demonstrat conjugi sect. 5. medio balneo, ne quid clam efferri possit, neve servæ cum servis promiscue esse et concumbere possint: Ἔδειξα δὲ καὶ τὴν γυναικωνῖτιν αὐτῇ θύραν βαλανείῳ ὡρισμένην ἀπὸ τῆς ἀνδρωνίτιδος, ἵνα μήτε ἐκφέρηται ἔνδοθεν ὅ τι μὴ δεῖ, μήτε τεκνοποιῶνται οἱ οἰκέται ἄνευ τῆς ἡμετέρας γνώμης. In quo loco vocabulum θύραν a manu aliena insertum fuisse recte suspicatur *Heindorf*, Professor Berolinensis. Neque enim ad rem facit, nec Græce θύρα γυναικωνῖτις dicitur, quæ ad gynæconitin ducit. In pictura Galli *Mariette*, quæ domus Atticæ formam designat, locum balneo assignatum nullum video, nec a Vitruvio omnino commemoratum.

Loci Xenophontei et vulgatæ in eo lectionis interpretatio superest, quam verba ipsa per se spectata, nullo tormenti genere adhibito, nec admittere nec offerre videntur. Sed locus Memorabilium Socratis dictorum is ipse, ad quem illustrandum hæc scribere institui, comparatus docet εὔσκιος referri ad παστάδας ante ædes et andronitin collocatas: ἐν ταῖς πρὸς μεσημβρίαν βλεπούσαις οἰκίαις τοῦ μὲν χειμῶνος ὁ ἥλιος εἰς τὰς παστάδας ὑπολάμπει, τοῦ δὲ θέρους ὑπὲρ ἡμῶν αὐτῶν καὶ τῶν στεγῶν πορευόμενος σκιὰν παρέχει. Itaque verba Xenophontis, ubi domus anteriora, meridiano soli opposita, altiora fieri jubet, quo melius solis radii per porticum ad appositum peristylo conclave penetrare illudque calefacere possit, plane mihi convenire videntur cum Vitruvianis, ubi porticum, quæ ad meridiem spectat, excelsioribus columnis constitui ait in andronitide. Id autem genus peristyli Rhodiacum appellari refert. Alia ratione usus reperitur Columella de R. R. 1. 6. 2. ubi villæ partem urbanam designavit: *Ambulationes*, inquit, *meridiano æquinoctiali subjectæ sint, ut hieme plurimum solis et æstate minimum recipiant.* Nullo igitur modo comparare locum

hunc Columellæ cum Xenophonteo in Memorab. licet, quod tamen inconsulte fecit Nicolaus Loënsis Miscell. Epiphyll. 4. 24.

Θαλάμου Homerici et Xenophontei seu cellæ penariæ cimeliis reponendis et servandis aptæ et sublimis locum supra vidimus. Reliquos locos Homericos de θαλάμῳ nunc annotabimus. Pro penu similiter dicitur Odyss. β'. ὑψόροφον θάλαμον κατεβήσατο πατρὸς εὐρὺν ὅθι νητὸς χρυσὸς καὶ χαλκὸς ἔκειτο. Tertius locus est Odyss. χ', 109 et 140. θαλάμοιο μυχὸν κάτα Odyss. χ', 180. Sed Iliadis ρ', 36. μυχῷ θαλάμοιο νέοιο est de cubiculo nuptiali. Pro thalamo Xenophonteo Aristophanes in Pluto versu 811. nominat simpliciter ὑπερῷον, ficis siccatis conditis refertum: iterumque Equitum versu 1001. Cubiculum nuptiale seriores poetæ plerumque θάλαμον dixerunt, Theocritus Idyll. 18. 3. νεόγραπτον. Analecta Brunckiana 2 p. 34. no. 98. κροκόεις παστὸς ἔσω θαλάμων πίτνατο νύμφα. ubi παστὸς ipsum lectum nuptialem scena superne tectum vel vestibus croceis significat. Apollonius Rhodius I. 775. καλύβας vocavit. νηγατέησιν ἐεργόμεναι καλύβησι νύμφαι· ubi Scholia ταῖς διὰ τῶν ἱματίων κατεσκευασμέναις ἃς καλοῦσι παστοὺς recte interpretantur. Ita vocat etiam Lucianus 2. p. 215. ed. Bipont. Diversum natura et significatione vocabulum παστὰς alibi tractamus. Ταμιείου seu penariæ cellæ ordinariæ locum indicat Aristophanes Ecclesiaz. versu 14. στοάς τε καρποῦ καὶ βακχείου νάματος. quem locum respiciens Photius στοαὶ, τὰ ταμιεῖα· παραμήκη γὰρ ἦν τοῖς παλαιοῖς. Scilicet in porticu peristyli una alterave erat etiam cella penaria: quare Aristophanes στοὰς pro ταμιεῖα dixit. Eundem cellæ locum arguere videtur etiam locus Platonis in Protagora p. 95. cujus præcipua verba partes domuum Græcarum signantia hæc sunt: Στάντες ἐν τῷ προθύρῳ διελεγόμεθα — ὁ θυρωρὸς εὐνοῦχός τις, κατήκουσεν ἡμῶν, — ἐπειδὴ γοῦν ἐκρούσαμεν τὴν θύραν, ἀνοίξας — καὶ ἅμα ἀμφοτέροιν ταῖν χεροῖν τὴν θύραν — ἐπήραξε καὶ ἡμεῖς πάλιν ἐκρούομεν· καὶ ὃς ἐγκεκλεισμένης τῆς θύρας ἀποκρινόμενος εἶπεν — ἐπειδὴ δ' ἐσήλθομεν κατελάβομεν Πρωταγόραν ἐν τῷ προστόῳ περιπατοῦντα, ἑξῆς δ' αὐτῷ συμπεριεπάτουν. et p. 97. Τὸν δὲ μέτ' εἰσενόησα Ἱππίαν καθήμενον ἐν τῷ καταντικρὺ προστόῳ ἐν θρόνῳ· περὶ δ' αὐτὸν ἐκάθηντο ἐπὶ βάθρων — Πρόδικος δ' ὁ Κεῖος ἦν ἐν οἰκήματί τινι, ᾧ προτοῦ μὲν ὡς ταμιείῳ ἐχρῆτο Ἱππόνικος, νῦν δὲ ὑπὸ τοῦ πλήθους τῶν καταλυόντων ὁ Καλλίας καὶ τοῦτο ἐκκενώσας ξένοις κατάλυσιν πεποίηκεν. Ubi vides πρόθυρον esse locum ante μέσαυλον θύραν et cellam θυρωροῦ: qui dominum alienæ domus videre et cum eo loqui vult, hanc μέσαυλον θύραν pulsat, quod Græci κρούειν dicunt, contra domo exiturus eandem januam κόπτει, ut qui forte in angusto itinere ante portam adstiterit, sibi caveat.

Locus Lysiæ in oratione contra Eratosthenem p. 12. est, ubi domus διόροφος breviter describitur. Οἰκίδιόν ἐστί μοι διπλοῦν ἴσα ἔχον τὰ ἄνω τοῖς κάτω κατὰ τὴν γυναικωνῖτιν καὶ κατὰ τὴν ἀνδρωνῖτιν. ubi multa et frustra tentavit Reiske, cum non meminisset duplicem dici domum, quæ solenniter διόροφος dicitur. Hinc p. 27. in eadem oratione: ἐλθόντες οἴκαδε ὡς ἐμὲ, ἀναβάντες εἰς τὸ ὑπερῷον ἐδειπνοῦμεν. Adulterum per θύραν αὔλειον et μέταυλον obrepentem ubi Lysias memorat p. 20. ait: ὅτι ἐκείνῃ τῇ νυκτὶ ἐψόφει ἡ μέταυλος θύρα καὶ ἡ αὔλειος.

Rusticas Asiaticorum Græcorum domos obiter describit Galenus de Antidotis 1. 3. cujus locum pósui ad Columellæ 1. 6. 20. et Palladii I. 21.

p. 28. cujus posteriorem saltem partem huc referendam censeo. Οἱ δ' ἐπιμελέστερον αὐτῶν κατασκευαζόμενοι οἶκοι κατὰ τὸν ἔνδον τοῖχον ἔχουσι τὴν κατ' ἄντικρυ τῇ θύρᾳ τεταγμένην ἐξέδραν, ἑκατέρωθεν δὲ αὐτῆς κοιτῶνας, καθ' οὓς ἄνωθέν ἐστιν ὑπερῷα οἰκήματα, καθάπερ καὶ κατὰ πολλὰ τῶν πανδοχείων, ἐν κύκλῳ κατὰ τρεῖς τοίχους οἴκου τοῦ μεγάλου, πολλάκις δὲ καὶ κατὰ τέτταρας. Cujus equidem notitiæ vim omnem partiumque nexum explicare propter descriptionis cum aliorum scriptorum locis non facile comparandæ brevitatem non possum, nec jam vacat: reliqua vero fuerunt a me illustrata aliquatenus in annotationibus ad Columellæ et Palladii locum laudatum.

Ἀμφίθυρος οἰκία est apud eundem Lysiam Reiskii p. 393. quæ posticam et anticam januam habet; et de eadem p. 394. dicitur ἐκείνων ἐπὶ τῇ αὐλείῳ θύρᾳ τὴν φυλακὴν ποιουμένων. Τριῶν δὲ θυρῶν οὐσῶν, ἃς ἔδει με διελθεῖν, ἅπασαι ἀνεωγμέναι ἔτυχον. Tertiam domus ἀμφιθύρου portam Taylor τὴν Παράθυραν intelligi censet.

His scriptis et formulis stanneis expressis reperi quæ vocabuli πρόθυρον et αὐλῆς significationem illustrare videntur: itaque hic statim ea subjungenda censui.

Πρόθυρον εὐτειχὲς θαλάμου columnis fultum memorat in nobili comparatione ab initio Odæ Olympicæ VI. Pindarus et Plutarchus in Solone extremo de Atlantide a Platone cœpta scribi; πρόθυρα μὲν μεγάλα καὶ περιβόλους καὶ αὐλὰς τῇ ἀρχῇ περιέθηκεν. In Oratore Cicero *Vestibula,* inquit, honesta aditusque ad causam faciet illustres. In Pindaro Schoiastes Græcus πρόθυρον interpretatur προπύλαιον, alter vero ex Codice Gœttingensi proditus discrimen alienum statuit inter vocabula θάλαμος, μέγαρον, et μέλαθρον. Alibi Pindarus cum laudibus carminum suorum accedere se velle profitetur ad domum victoris, ubi Isthmicæ VIII. versu 4. est πατρὸς ἀγλαὸν Τελεσάρχου παρὰ πρόθυρον ἰών. Unde Nemeacæ V. versu 97. cum Æginæ laudes memorare vellet, προθύροισιν Αἰακοῦ στεφανώματα φέρειν dixit. Idem significare voluit Nem. I. 29. ἔσταν δ' ἐν αὐλείοις θύραις ἀνδρὸς φιλοξείνου καλὰ μελπόμενος, cum θύραν αὔλειον nominaret, ut προθύρῳ proximam. Denique domum Herculis Thebani indicare cum vellet Nem. IV. 39. Ἡρακλέος ὀλβίαν αὐλάν, similiter Amphitruonis domum Nem. X. 29. αὐλὰν dixit, quia per θύραν αὔλειον, deinde per αὐλὴν postea per πρόθυρα aditus ad domum patebat.

INDEX GRÆCITATIS.

A

Ἀβίωτος βίος, vita non vitalis, iv. 8. 8.

Ἀγαθὸς, utilis, *syn.* ὠφέλιμος iv. 6. 8. φίλος amicus, commodus, frugi, *syn.* χρηστὸς ii. 6. 14: i. 6. 14. Ἀγαθὸς τὴν ψυχὴν, animi virtutibus ornatus ii. 6. 30, 33. Ἀνὴρ, vir rei peritus, doctus ii. 1. 20. αὐλητὴς, tibicen peritus i. 7. 2. λέγειν καὶ πράττειν ii. 6. 14. ὦ ἀγαθὲ, vir bone! *vox blandientis* ii. 3. 16. Τὸ ἀγαθὸν, bonum, utile iii. 5. 28. ὀφθαλμίας, πυρετοῦ ἀγαθὸν, utile ad ophthalmiam iii. 8. 3, 7. ubi est etiam contrarium κακὸν λιμοῦ, inutile ad famem explendam. βελτίων περὶ παιδείας Apol. 21. ubi expectabam παιδείαν.

Ἄγαμαί τινος, magnifacio aliquem ii. 6. 33: iv. 2. 9. ἐμαυτὸν, meis factis e virtute delector et acquiesco ii. 1. 19.

Ἀγανὸς, mollis, mitis i. 2. 58.

Ἀγαπᾶν, amare quem sentis te delectari ii. 7. 9, 12.

Ἀγαπητὸς, amabilis, *opp.* μισητὸς iii. 10. 5.

Ἄγειν, mittere, jubeo abire iv. 7. 1. educare, instituere, *abrichten, de canibus venaticis*, iv. 1. 3.

Ἄγειν τινὰ ἐπὶ θανάτῳ iv. 4. 3. crimine condemnatum ad supplicium ducere.

Ἀγέλη, grex ovium ii. 9. 7.

Ἄγευστος οὐδενὸς ἔσῃ, nihil non gustabis ii. 1. 23.

Ἀγήρατος, senectutis expers iv. 3. 13.

Ἀγνώμων, imprudens, *qui temere et præceps ad res appetendas fertur* i. 2. 26. κριτὴς, judex iniquus ii. 8. 5. beneficii immemor, ingratus ii. 10. 3.

Ἁγνῶς ἔχειν, iii. 8. 10. *not.*

Ἀγορὰ πλήθουσα i. 1. 10. tempus illud inter mane et meridiem, quo homines in foro conveniebant. *v. Periz. ad Ælian.* xii. 30. *Græv. Lect. Hes. c.* 10. *Ern.* εἰς τὴν ἀγορὰν εἰσιέναι iv. 2. 1. *not.*

Ἀγοραστὴς, servus opsonator i. 5. 2. *Athenæus, qui spectat hunc locum p.* 171, Ἐκάλουν, *inquit,* δὲ καὶ ἀγοραστὴν, τὸν τὰ ὄψα ὠνούμενον, νῦν δὲ, ὀψωνάτορα. *Cf. Taylor. ad Lys. p.* 18. *ed. R.*

Ἄγραφος, non scriptus iv. 4. 19.

Ἄγρευμα, præda iii. 11. 7.

Ἀγριότης, sævitia ii. 2. 7.

Ἀγρὸς, ager, *h. e. arvum, pratum, hortus, vinea* i. 1. 8.

Ἀγυμνάστως, ii. 1. 6. sine exercitatione: ἔχειν πρὸς ψύχη, frigori tolerando adsuetum non esse.

Ἀγχίνους, sagax, iii. 1. 6.

Ἀγῶνες στεφανῖται *v. n.* iii. 7. 1. ἀγῶνα τιθέναι iii. 12. 2. proponere certamen, præmio simul proposito. ὁ περὶ τῆς ψυχῆς ἀγὼν, ibid. certamen de vita.

Ἀγωνίζεσθαι ἐν τῷ πλήθει iii. 7. 4, coram populo orationem habere, in qua contentione opus est, *opp.* διαλέγεσθαι, cum familiaribus disserere.

Ἄδεια, securitas ii. 1. 5.

Ἀδελφιδῆ, sororis filia, sobrina ii. 7. 2.

Ἀδελφὸς, geminus ii. 3. 19.

Ἄδηλα ὅπως ἀποβήσοιτο, quorum eventus est incertus i. 1. 6: i. 3. 2.

Ἀδοξία, mala existimatio, infamia, contemtus i. 3. 4.

Ἁδρύνειν iv. 3. 8. ad maturitatem perducere.

Ἀδύνατος, infirmus, tenuis ii. 1. 13. ποιεῖν τι, qui efficere rem non potest ii. 1. 7.

Ἀεργείη, otium i. 2. 56.

Ἀηδὴς, minus suavis, tædiosus iii. 11. 13. ἀηδῶς ἐσθίειν, fastidio cibi laborare iii. 13. 2.

Ἀθέατος, qui non videt ii. 1. 31.

Ἀθέμιστος, nefarius i. 1. 9. alii libri ἀθέμιτος.

'Αθυμεῖν, ægre ferre iv. 3. 15. animum despondere iii. 5. 20.
'Αθυμία, mœror, desperatio, iii. 12. 6.
'Αθύμως ἔχειν πρός τι, desperare de re ii. 6. 18.
Αἰδὼς, pudor, metus turpitudinis iii. 7. 5.
Αἱρεῖν *pr. in re venatica* capere: *trop.* reconciliare ii. 3. 16.
Αἱρεῖσθαι, eligere, στρατηγεῖν ᾑρημένος iii. 2. 1. ἱππαρχεῖν iii. 3. 1. ἐπὶ ἀρχῆς αἱρεῖσθαι iii. 3. 2. *not.* malle ii. 1, 13. τινα πρὸ, potius eligere quam ii. 5. 3. ἀντί τινος, præferre *ib.* §. 4. Αἱρετέος, suscipiendus i. 1. 7.
Αἴρεσθαι πόλεμον, suscipere b. iv. 4. 14. οἰκίας sustollere ædes iii. 9. 7.
Αἰσθάνεσθαι. μετρίως αἰσθανόμενος, mediocriter attentus, *seu* mediocriter intelligens iv. 1. 1.
Αἰσθάνομαι] Thucydides i. 71. δρῶμεν δ' ἂν ἄδικον οὐδὲν οὔτε πρὸς θεῶν τῶν ὁρκίων οὔτε πρὸς ἀνθρώπων τῶν αἰσθανομένων i. e. qui recte et æque judicaverint. Scholia φρονίμων interpretantur. Simile pæne est αἰσθανομένους τῶν ἀγαθῶν τε καὶ κακῶν iv. 5. 6. qui bona et mala noverunt et discernunt. τινὸς φάσκοντος ᾐσθόμην i. 2. 31. audivi. αἰσθάνομαί τινας παραβαίνοντας iv. 4. 21. video vel audio quosdam transire legem istam.
Αἰσχύνομαι ἐπί τινι, me pudet rei ii. 2. 8. αἰσχυνοίμην ἂν ἀντιλέγων, me pudeat contradicere ii. 6. 39.
Αἰτιάομαι, accuso i. 1. 2.
Αἰτίαν ἔχειν, reprehendi ii. 8. 5. *syn.* ἐν αἰτίᾳ εἶναι §. 6. αἰτίαν ἔχειν τινὸς, culpam sustinere i. 2. 27, 28.
Αἰτιώτατοι τοῦ πείθεσθαι, qui maxime sunt auctores ut pareatur iv. 4. 15.
Αἰχμητὴς, bellator iii. 2. 2.
'Ακέομαι, medeor ii. 7. 1.
'Ακίνητος, motu carens i. 4. 4.
'Ακμάζειν τοῖς σώμασιν, corporibus vegetis esse iv. 4. 23.
'Ακοὴ, auditus i. 4. 6.
'Ακολαστοτέρως ἔχειν πρός τι, intemperantius re aliqua uti ii. 1. 1.
'Ακόλουθος, pedissequus, servus qui herum sarcinis onustus sequitur i. 7. 2: iii. 13. 4, 6.
'Ακούειν πολλῶν, e multis audire ii. 4. 1. τοὺς παλαιοτάτους, ὧν ἀκούομεν, de quibus fando audivimus iii. 6. 9. τοὺς παλαιοτάτους ὧν ἀκούομεν προγόνους iii. 5. 9. Poëticum est εἴ τιν' ἀκούεις.
'Ἄκουσμα, res auditu jucunda ii. 1. 31.
'Ακρασία, intemperantia, *quid sit v.* iv. 5. oppos. ἐγκράτεια. Vide in καρτερικός.
'Ακριβὴς θώραξ, thorax qui accurate aptus est corpori, quasi applicatus iii. 10. 15.
'Ακριβοῦν, probe callere iv. 2. 10.
'Ακριβῶς ὁρᾶν, intueri oculis irretortis 3. 14.
'Αλαζονεία i. 7. 1. τὸ ἀλαζονεύεσθαι, ostentatio §. 5. ἀλαζονικὸς, ostentandi cupidus i. 2. 5.
'Αλγηδὼν, dolor i. 2. 54.
'Αλεεινὸς, calidus iii. 8. 9.
'Αλέξεσθαι τὰ κακὰ, arcere iv. 3. 11.
'Αληθεύειν, verum dicere i. 1. 5: ii. 6. 36. ἀληθινὸς, verus *h. e.* vivus iii. 10. 7.
'Αλίσκω, ἁλοὺς, cujus quis animum cepit ii. 3. 10.
'Ἄλκιμος, fortis iii. 3. 8.
'Αλλὰ μὲν, imo i. 2. 2. sed vide Addenda. ἀλλὰ μήν γε, enim vero ii. 6. 20. et sæpiuscule. ἀλλὰ μὴν καὶ, præterea i. 2. 4. ἀλλὰ γὰρ, verum enimvero ii. 1. 17. ἀλλ' ὅμως, veruntamen ii. 4. 7. ἀλλὰ, vero, sane, *servit affirmationi*, ἀλλὰ πορεύσομαι, veniam vero iii. 11. 18.
'Ἄλλοθεν οὐδάμοθεν, ex nulla alia urbe iii. 3. 12. ἄλλοθι οὐδαμοῦ, nusquam alibi i. 4. 8. ἄλλοτε ἀλλαχῇ ψαύειν τοῦ στόματος, diversas oris partes contingere i. 4. 12.
'Ἄλλος, *c. gen. scil.* ἀπὸ, diversus a, iv. 4. 25. ἄλλο *intelligitur* iv. 3. 9. ἄλλό τι ποιεῖν ἤ, contra aliquid peccare i. 2. 35.
'Αλλοῖος, diversus iii. 10. 6. 'Αλλοῖος, οὐδὲν ἀλλοιότερον διαβιοὺς, vitæ rationem diversam minime secutus, iv. 8. 2.
'Ἄλλως, aliam ob causam, aliis in rebus i. 2. 47. ἄλλως τε καὶ ἐὰν inprimis si etiam, cum per se, tum si i. 2. 59. *not.*
'Αλύπως, sine damno, sine offensione ii. 6. 22, 23: iii. 14. 6.
'Αλυσιτελὲς, inutile, *h. e.* perniciosum 7. 4. ἀλυσιτελῶς, inutiliter, misere §. 2.
'Ἄλφιτα, τὰ, polenta ii. 7. 5. ἀλφιτοποιΐα, polentæ confectio §. 6.
'Αλώσιμος, qui capi potest iii. 11. 11.
'Ἅμα ποιῆσαι, jungere ii. 3. 19.
'Αμαθὴς, θηρίον ἀμαθέστατον iv. 5. 11. *not.*
'Αμαρτανόμενα, τὰ, in quibus error committitur i. 2. 9.
'Αμβάτης pro ἀναβάτης, *syn.* ἱππεὺς iii. 3. 2.
'Αμβλὺς, hebes, stupidus, iii. 9. 3.
'Αμείβεσθαι ἀξίαις χάρισιν, gratiam referre ut par est iv. 3. 15: χαριζόμενος τὸν αὐτὸν τρόπον, eandem gratiam referre vicissim iii. 11. 12.
'Αμέλει, profecto, certe i. 4. 7: iv. 4. 6.
'Αμελεῖν τοῦ ὀργίζεσθαι, non irasci ii. 3. 9.
'Αμελὴς, nullam curam gerens ii. 6. 19.
'Ἀμεμπτα, integra, quibus nil vitii inest iii. 10. 2.

Ἄμοχθος, otiosus, labore non fatigatus ii. 1. 33.
Ἀμπεχόνη, vestimentum, i. 2. 5.
Ἀμύνω, propulso scil. ab altero, ἀμύνομαι, propulso a me ipso periculum, defendo me ii. 1. 14.
Ἀμφί οἵ τινα, v. n. i. 1. 18.
Ἀμφίβολος, anceps i. 2. 35.
Ἀμφιλέγειν, dubitare, Apol. 12.
Ἀμφίλογος, dubius iv. 2. 34.
Ἀμφοτέρωθι, utrinque iii. 4. 12.
Ἂν pro ἐὰν ii. 2. 12, 14.
Ἂν] Vide οὐκ ἄν. In loco i. 2. 6. παρ' ὧν αν λάβοιεν τὸν μισθὸν usitatius esset λάβωσιν. Sic ὑφ' ὧν ἂν βούλοιτο i. 2. 55. ubi tamen libri aliqui βούληται dant. ὅντιν' ἂν αἰσθανοίμεθα i. 5. 1. Diversa ratio videtur ii. 6. 29. μὴ ἀποκρύπτου με οἷς ἂν βούλοιο φίλος γενέσθαι. Sic σκοπεῖν ὅ τι ἂν ἢ λέγων ἢ πράττων ὠφελοίη τε καὶ εὐφραίνοι ii. 10. 6.
Ἀναβάλλεσθαι, in aliud tempus differre iii. 6. 6.
Ἀναβατικὸς ἐπὶ τὸν ἵππον, qui facile et scite equum conscendit iii. 3. 5.
Ἀναγκάζειν τὰ Ἀφροδ. re Venerea uti, natura ipsa non stimulante ii. 1. 30.
Ἀναγκαῖα, certa, quorum eventus est necessarius i. 1. 6. ἀναγκαῖοι, necessarii, affinitate vel cognatione conjuncti ii. 1. 14. ἀναγκαῖα, voluptates maxime naturales et necessariæ iv. 5. 9.
Ἀνάγκαι, necessitates, leges naturæ i. 1. 11, 15. ἀλγεινόταται, calamitates gravissimæ iii. 12. 2.
Ἀνάγωγοι ἵπποι iii. 3. 4. sunt, qui non sunt domiti, eamque ob causam contumaces atque inutiles bello. κύνες ἀνάγωγοι iv. 1. 3. qui nondum sunt instituti, *die noch nicht abgerichtet sind.*
Ἀνάδελφος, fratrem non habens ii. 3. 4.
Ἀναδιδόναι, producere iv. 3. 5.
Ἀναιδῶς θεᾶσθαι, impudenter *h. e.* oculis apertis et irretortis intueri iv. 3. 14.
Ἀναιρεῖν, respondere, *de oraculis* i. 3. 1. Solenne verbum.
Ἀνακηρύττειν ii. 10. 1. præconis voce promittere.
Ἀνακοινοῦσθαί τινι, communicare cum al. iii. 7. 3.
Ἀνακομίζεσθαι, recuperare, e fuga retrahere ii. 10. 1.
Ἀναλαμβάνειν τὴν ἀρετὴν, recuperare iii. 5. 14.
Ἀναλώματα *syn.* δαπάναι sumtus iii. 6. 6.
Ἄναλκις, imbecillis i. 2. 58.
